Georg porrigens Sententiam et petens eandem ferri et justitiam fieri pro parte sua legit tulit et promulgavit Sententiam suam finalem definitivam in dicto confirmationis negotio in scriptis concept pronuntiando, decernendo, declarando, confirmando, supplendo, Ceteraq faciendo prout in eadem Sententia continetur. Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus Dominus electus et confirmatus quam memoratus magister Georgius procurator Decani et Capitli predict me notarium publicum predict sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominat testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit. Postremo vero dictus venerabilis vir Dnus Nathanael Brent tam ad petitionem dicti Dni electi memoratique magri Georgii procuratoris Decani et Capitli predict decrevit dictas literas testimoniales super omnibus et singulis premissis sub modo et forma superius specificatis gestis et expeditis fieri et expediri. Presentibus tunc et ibm Gulielmo Nevill Legum Doctore dictiq Dni electi et confirmati Vicario in spiritualibus generali, Willmo Thomas Notario publico Registrario dicti Domini electi et confirmati pro Archiviatu Lowen Benjamino Conant, Anthonio Holmes et Johanne Holt, generosis cum multis alijs congregatis Testibus etc.

Tenores vero tam Literarum Patentium Regiae Matis quam totius processus in dicto confirmationis negotio habit et fact et superius mentionat sequuntur et sunt tales vizt.

Carolus Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Rex fidei Defensor etc. Reverendissimo in Christo Patri et predilecto et perquam fideli Consiliario nro Dno Gulielmo providentia divina Cant Archiepo totius Angliae Primat et Metropolit ac alijs quibuscumq Episcopis quibus in hac parte interest salutem. Cum vacante nuper sede Epali Cicestren per translacoem illius Episcopi ejusdem ad Episcopatum Norwicen ad humilem petitionem Decani et Capitli ejusdem Ecclesiae Cathlis Ste Trinitatis Cicestren predict per Literas nras paten licentiam nram illis concessimus alium sibi eligend in Episcopum et Pastorem sedis predict Jamq Decanus et Capitulum vigore et obtentu licentie nostre predict Dilectum nobis in Christo Brianum Duppa sacrae Theologiae Professorem ac precharissimi filii nri Principis Caroli Tutorem sibi et Ecclesiae predictae eligerunt in Episcopum et Pastorem prout per literas suas sigillo eorum communi sigillat nobis inde direct plenius liquet et apparet. Nos electionem illam acceptantes eidem electioni Regium nrum adhibuimus assensum pariter et favorem, et hoc vobis tenore presentium significamus. Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes quatenus vos eundem Brianum Duppa in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathlis Ste Trinitatis Cicestrensis predict sic ut prefertur elect electionem predictam confirmare et eundem Brianum Duppa Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Ste Trinitatis Cicestren predict consecrare Ceteraq omnia et singula peragere et perimplere quae vro in hac parte Pastorali incumbunt officio juxta formam Statutorum et legum Regni nri Angliae in hac parte edit et provis velitis cum favore et effectu. In cujus Rei Testimonium has Literas nras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Westmonasterium sexto die Junij Anno Regni nri quarto decimo.

Gulielmus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Angliae Primatus et Metropolitanus. Dilecto nobis in Christo Domino Nathanaeli Brent Militi Legum Doctori Vicario nro in spiritualibus generali et Officiali principali aut eo absente vel impedito venerabilibus viris Domino Johanni Lambe Militi Legum Doctori ac Almae Curiae nostrae Cantuariensis de Arcubus London Officiali, Thomae Rives Legum Doctori ac Advocato Regio et Willimo Sames Legum etiam Doctori salutem et gratiam. Cum Literas Patentes Serenissimi in Christo Principis et Dni nri Dni Caroli Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei Defensoris etc sigillo suo magno Angliae sigillatas gerentes dat apud Westmonast sexto die Junij Anno Regni sui felicissimi quarto decimo receperimus, in quibus inter alia nobis mandatum est, ut electionem venerabilis et egregij viri Briani Duppa sacrae Theologiae Professoris ac Serenissimi in Christo Principis Dni Caroli Dni nri Regis filij precharissimi Tutoris ad Episcopatum Cicestren confirmaremus. Nos cum ea qua decet Reverentia volentes mandato Regio in ea parte humiliter satisfacere Ad examinand igitur discutiendum approbandum et confirmandum dictam electionem de persona prefati venerabilis et et egregij viri Briani Duppa factam et celebratam. Ipsamq; electionem et personam sic electam secundum Juris et Statutorum huius Regni Angliæ exigentiam, ac juxta tenorem formam et effectum mandati Regij prædicti nobis in ea parte (ut præfertur) facti et celebrati, quatenus eandem electionem rite et ltime fact' et celebratam fuisse et esse. Nobis con^tim et div^im constiterit approbandum et comprobandum, defectusq; (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et ltime supplendum. Ceteraq; omnia et singula faciend' exercend' et expediend' quæ in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, Nobis con^tim et div^im vices nras committimus ac plenam in Dno tenore pntium concedimus potestatem (Juribus nostris Archiepiscopalibus Cantuar' Ceterisq; emolumentis Nobis ac Officiarijs et Ministris nris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis. In cujus rei Testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) pntibus apponi fecimus. Datum vicesimo die mensis Junij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Tricesimo octavo. Et nostræ Translationis anno quinto./

Pateat universis per pntes. Quod

cum sedes Episcopalis Cicestrensis per Translationem Reverendi in Christo Patris ac Dni Dni Richardi Mountague ultimi Episcopi ejusdem ad Episcopatum Norwicen' aliquamdiu vacaverit. Cumq; nos Richardus Steward Clericus Legum Doctor Decanus Ecclesiæ Cathedralis Sanctæ Trinitatis Cicestren' et ejusdem Ecclesiæ Capitulum juxta Lras Regias de Congedeslier ac alias literas missivas illustrissimi in Christo Principis Dni nri Domini Caroli Dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regis Fidei Defensoris &c nobis directas. In Domo nra Capitulari capitulariter congregati, ac Capitulum plenum facientes ad electionem futuri Episcopi ltime processimus, ac venerabilem et egregium virum Brianum Duppa Sacræ Theologiæ Professorem ac præclarissimi Principis Caroli Tutorem in Episcopum Cicestrensis prædict' nominaverimus et elegerimus, omnesq; ritus et ceremonias in hmoi electionis negotio ab antiquo usitat' et de jure requisit' observaverimus. Ceteraq; omnia quæ per dictas Literas Regias de Congedeslier et missivas ac de jure requirebantur et requiruntur perimpleverimus juxta juris in ea parte exigentiam. Dilectos igr nobis in Christo venerabiles viros Richardum Steward Clericum Legum Doctorem Decanum Ecclie Cathedralis prædict' Robertum Bostock et Lamentium Pay Clericos sacræ Theologiæ Professores Canonicos Residentiarios ejusd' Ecclesiæ, Gulielmum Nevil legum Doctorem Officialem principalem Dni Decani antedicti, Johannem Juxon Armigerum, Thomam Edens et Franciscum Menday Notarios Publicos procuratorum de Arcubus duos nros veros certos ltimos et indubitatos Procuratores Actores Factores negotiorumq; nostrorum gestores et nuntios speciales quoad infrascripta nominamus facimus et constituimus per pntes, damusq; eisdem procuratoribus nostris con^tim et div^im potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis et nominibus nostris electionem nram de præfato venerabili et egregio viro Briano Duppa sic (ut præfertur) fact' eidem venerabili et egregio viro ejusve procuratori sive procuratoribus quibuscunq; ac omnibus et singulis alijs quorum in hac parte interest præsentandi et intimandi. Ipsumq; venerabilem et egregium virum sic electum et electioni hmoi sic fact' suos præbent assensum et consensum, ac ut eidem electioni consentiat debite rogand' petend' et requirend' atq; assensum et consensum desuper obtinend' Nosq; Decanum et Capitulum antedict' de et super præsentatione hmoi electionis, ac etiam de consensu sive refutatione ipsius venlis et egregij viri Briani Duppa informand' et certificand'. Et generaliter omnia et singula faciend' exercend' et expediend' quæ in pmissis aut circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna licet mandatum de se magis exigant spiale quam superius est expressum. Promittimusq; nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri fecerint, seu eorum aliquis fecerit in præmissis vel præmissorum aliquo sub hypotheca et obligatione omnium bonorum nostrorum et in ea parte cautionem exponimus per pntes. In Cujus rei Testimonium sigillum nostrum Capitulare sive commune pntibus apponi fecimus. Datum in domo nra Capitulari vicesimo nono die mensis Maij Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Tricesimo Octavo, Annoq; Regni Dni nri Caroli Dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regis Fidei Defensor' &c decimo quinto.

Gulielmus providentia Cant' Archiepiscopus totius Angliæ Primas et

~~et Metropolitanus Vniversis et singulis Clericis et Literatis quibuscunque per Provinciam nram Cant' ubilibet constitutis salutem et gratiam. Cum vacante nuper sede Epalis Cestrensis per Translationem Revdi~~ in Christo Patris Dni Richardi Mountague ultimi Episcopi et Pastoris ibm ad Episcopatum Norwicen Decanus et Capitulum Ecclesiæ Cathlis Stæ Trinitatis Cestren pro electione novi et futuri Episcopi ibm Licentia Regia primo in ea parte petita et obtenta celebranda certum terminum præfixerant et aliquam devenit, et in huiusmodi electionis negotio, termino ad id statuto rite proceden' venerem et egregium virum Brianum Duppa sacræ Theologiæ Professorem, ac Serenissimi in Christo Principis Dni Caroli Dni nri Regis filii præclarissimi Tutorem in verum et Ecclesiæ Cathlis Cestren prædict' Episcopum et Pastorem elegerunt. Cumque serenissimus in Christo Princeps et Dnus noster Dnus Carolus Dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Rex Fidei Defensor &c ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli eidem electioni de persona prænominati venerabilis et egregii Dni electi fact' et celebrat' Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout per Literas suas patentes Regias magno suo sigillo Angliæ sigillat' Nobis significavit, mandando quatenus Nos electionem prædictam et personam electam confirmare et consecrare juxta formam Statut' in ea parte edit' et provis' velimus cum omni celeritate accommoda prout per easdem Literas paten' Regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet. Nos vero volen' ejusdem Dni nri Regis mandatis pro officio nro debito parere, ac in huiusmodi confirmationis negotio juxta juris et Statutorum huius Regni Angliæ exigen' procedere omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam ejusdem, aut personam in hac parte electum dicere excipere vel opponere voluerint ad diem horam locum et effectum infrascript' monendos et citandos fore decrevimus justitia mediante. Vobis igitur et vestrum cuilibet ac firmiter injungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie alta et intelligibili voce infra Ecclesiam parochialem Beatæ Mariæ Virginis de Arcubus London nri et Ecclesiæ nræ Cathlis et Metropoliticæ Christi Cantuar' Jurisdnis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra eandem Ecclesiam parochialem, vel in aliis locis publicis ubi videbitur expedire omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie, alioquin in genere qui contra dictam electionem formam ejusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, quod compareant et eorum quilibet compareat coram Nobis aut Vicario nostro in spualibus genli et Officiali principali vel Commissariis nris aut eorum aliquo in hac parte quocunque in eadem Ecclesia parochiali beatæ Mariæ Virginis de Arcubus London præd' die Mercurii decimo tertio viz' die mensis instantis Junii inter horas secundam et quartam post meridiem ejusdem cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequen' et loci (si oporteat) in ea parte fiend' contra dictam electionem formam ejusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita juris forma dictur' excepturi et oppositur'. Ulteriusque factur' et recepturi quod justum fuerit in hac parte et dicti negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes præterea modo et forma prædictis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie alioquin in genere quibus Nos etiam tenore presentium sic intimamus quod sive ipsi sic citati, die hora et loco certis Nobis aut Vicario nro in spualibus genli vel Commissario nro præd' comparuerint, et contra dictam electionem formam ejusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint sive non, Nos nihilominus in dicto confirmationis negotio juxta juris et Statutorum huius Regni Angliæ exigentiam procedemus et procedere intendimus, seu sic procedere intendit Vicar' noster in spualibus genlis et Comissarius præd'. Ipsorum sic citatorum et non comparen' absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et quid in præmissis feceritis Nos aut Vicarium nrum in spualibus generalem antedictum vel Commissarium nrum huiusmodi debite et authentice certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum Mandatum fuerit executus. Dat' nono die mensis Junii Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Tricesimo Octavo. Et nostræ Translationis Anno quinto./

Reverendissimo in Christo Patri et Dno Dno Gulielmo providentia divina Cantuar' Archiepiscopo totius Angliæ Primati et Metropolitano eiusve Vicario in spualibus genli et Officiali principali, aut Comissario cuicunque in hac parte spialiter deputato. Vester humilis et devotus Johannes Holt [illegible] vræ Reverendissimæ paternitatis Apparitor genlis ac ad infrascript' mandatarius etiam constitutus, omnimodas obedientiam et Reverentiam tanto Reverendissimo Patri debit' et condignas cum honore mandatum vrum Reverendissimum retroscriptum nuper cum ea qua decuit Reverentia humiliter recepi. Cuius vigore pariter auctoritate

Omnes et singulos Oppositores (si qui fuerint) tam in specie quam in genere, qui contra dictam electionem formam ejusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, tam per affixionem ejusdem mandati vestri in valvis exterioribus Ecclesiae parochialis beatae Mariae Virginis de Arcubus London retroscript et ibm aliquamdiu dimiss, quam per publicationem ejusdem in Ecclesia parochiali praed. nono die instantis mensis Junij peremptorie citavi. Quod compareant et eorum quilibet compareat coram Vobis die hora et loco in hujusmodi vestro Reverendissimo mandato contentis et specificatis contra retronominatam electionem formam ejusdem aut personam electam hujusmodi (si sua putaverint interesse) in debita juris forma dicturus excepturus vel oppositurus Ulteriusque facturus et recepturus quod tenor et effectus dicti vestri Reverendissimi mandati de se exigunt et requirunt. Et ulterius eisdem die et loco antedictis oppositoribus sic (ut praefertur) citatis intimavi in omnibus juxta vim formam et effectum ejusdem vestri mandati. Et sic ego mandatarius vester antedictus mandatum vestrum retroscriptum hujusmodi quantum in me fuit debite et diligenter sum executus. In cujus rei Testimonium sigillum venerabilis viri Decani sive Commissarij Decanat de Shoreham et Croydon praesentibus apponi procuravi. Et nos Decanus sive Commissarius antedictus ad specialem Rogatum hujusmodi Certificantis sigillum nostrum hujusmodi praesentibus apponi fecimus. Datum undecimo die mensis Junij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Tricesimo Octavo./

In Dei nomine Amen. Nos Nathanael Brent Miles et Legum Doctor Reverendissimi in Christo Patris et Domini Domini Gulielmi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Angliae Primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis, necnon Commissarius inter alios ad infrascripta conjunctim et divisim specialiter et legitime deputatus et constitutus in negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri Briani Duppa sacrae Theologiae professoris et praeclarissimi Principis Caroli Tutoris in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Sanctae et individuae Trinitatis Cicestrensis electi factae et celebratae rite et legitime procedentes Omnes et singulos Oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam ejusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram Nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam ejusdem aut personam in hac parte elect in debita juris forma dicturos excepturos vel oppositur(os) alias legitime et peremptorie citatos saepius publice praeconizatos diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes ad petitionem Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis Cicestrensis praedict pronuntiamus contumaces et in poenam contumaciarum suarum hujusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam ejusdem aut personam elect hujusmodi eis et eorum cuilibet praecludimus in his scriptis. Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore juxta juris et Statutorum hujus Regni Angliae exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante./

Lecta fuit hujusmodi schedula per praefatum venerabilem virum Dominum Nathanaelem Brent Militem die hora et loco in act mentionat etc./

In Dei nomine Amen. Coram Vobis Reverendissimo in Christo Patre et Domino Domino Gulielmo providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Angliae Primate et Metropolitano ad infrascript auctoritate Parliamenti, mediantibus Literis Commissionalibus Patentibus Serenissimi in Christo Principis et Domini nostri Domini Caroli Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis Fidei Defensoris etc. sufficienter et legitime fulcito; vestrove Vicario in spiritualibus generali, et Officiali principali legitime constituto, aut Commissarijs vestris quibuscunque in hac parte specialiter deputatis eorumve aliquo quocunque, Pars venerabilium virorum Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis Cicestrensis dicit allegat et in his scriptis ad omnem juris effectum exinde sequi valentem per viam summariae petitionis in jure proponit articulatim prout sequitur./

1 **Imprimis** Quod sedes Episcopalis Cicestrensis per translationem Reverendi in Christo Patris Domini Richardi Mountague ultimi Episcopi et Pastoris ibidem ad Episcopatum Norwicensem vacare cepit et aliquamdiu vacavit, Pastorisque solatio destituta extitit et existit in presenti. Ideoque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit conjunctim et divisim et de quolibet.

2 **Item** Quod vacatione dicte sedis Episcopalis Cicestrensis predicte cognita et perfecta [illegible] Decanus et Capitulum capitulariter congregati et Capitulum facientes licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta [illegible] diem ac domum suam Capitularem Ecclesie Cathedralis predicte pro electione novi et futuri Episcopi Cicestrensis faciendo et celebrando unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos ejusdem Ecclesie Cathedralis Canonicos et Prebendarios jus vocem [illegible] in hujusmodi electione habentes seu habere pretendentes ad diem et locum predictos in hujusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros [illegible] et peremptorie citari fecerunt. Ideoque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra.

3 **Item** Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis viz. vicesimo [illegible] die mensis Maij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Tricesimo octavo jam currente capitulariter congregati et Capitulum facientes [illegible] de jure et statutis hujus Regni Anglie in ea parte servandis habitoque inter eos tractatu diligenti de persona idonea eligenda in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis predicte, tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem et egregium virum Brianum Duppa sacre Theologie Professorem ac preclarissimi Caroli Principis Tutorem, in eorum et dicte Ecclesie Cathedralis Cicestrensis Episcopum et Pastorem elegerunt et Ecclesie memorate de eodem providerunt. Et ponit ut supra.

4 **Item** Quod electio hujusmodi et persona electa die predicto in Ecclesia Cathedrali Cicestrensi predicta coram Clero et populo tunc et ibidem in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt. Et ponit ut supra.

5 **Item** quod dictus Dominus electus hujusmodi electioni de persona sua in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Cicestrensis predicte sic ut prefertur fact. et celebrate ad humilem petitionem partis dictorum Decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat, ac consensum suum eidem prebuit in scriptis [illegible]. Et ponit ut supra.

6 **Item** Quod dictus venerabilis et egregius vir Brianus Duppa dominus Episcopus Cicestrensis electus fuit et est vir providus et discretus sacrarum Literarum eminenti scientia, vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima, et ordine sacerdotali constitutus, utrumque Deo devotus et Ecclesie memorate apprime necessarius. Ideoque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra.

7 **Item** Quod prefati Decanus et Capitulum hujusmodi electionem et personam electam serenissimo Domino nostro Carolo Regi per literas suas patentes sigillo eorum communi roboratas pro officio suo debito juxta formam Statuti hujus Regni Anglie in ea parte editi et provisi significarunt et intimarunt. Et ponit ut supra.

8 **Item** Quod petito ex parte dictorum Decani et Capituli eidem Regie sublimitati pro confirmatione electionis hujusmodi. Idem Serenissimus Dominus noster Rex predictus Clementia Regia electioni predicte de persona prenominati venerabilis et egregii viri Briani Duppa ut prefertur fact. et celebrat. consensum et assensum suos Regios gratiose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet. Ideoque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra.

Item quod dictus Serenissimus Dominus noster Rex Vobis [illegible] Reverendissimo [illegible] et assensum suum Regium hujusmodi electioni (et personae sic electae) adhibuit per Literas suas Patentes [illegible] et [illegible] significavit, et [illegible] mandavit quatenus vos electionem praedictam et personam electam hujusmodi confirmare et [illegible] insigniis Episcopalibus insignire et decorare, ceteraque omnia et singula peragere quae vestro in hac parte incumbunt officio pastorali juxta formam Statuti in ea parte editi, [illegible] velitis cum effectu. Deque fuit et est verum publicum notorium manifestum [illegible] et famosum. Et ponit ut supra./

Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in [illegible] laborant publica vox et fama [illegible] de jure in hac parte requisita, ad quorum finem et effectum pars ista proponens [illegible] et paratum se loco et tempore congruis et opportunis, petit igitur pars proponens electionem et personam electam confirmandas concedendas et [illegible] fore decerni et cum effectu confirmari et [illegible] juris et Statutorum hujus Regni Angliae exigentiam, necnon Literas [illegible] hujusmodi [illegible] Nobis in hac parte dirigendas, Curamque regimen et administrationem Episcopatus Cicestrensis praedicti eidem Dno electo committi, Ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Cicestrensis juriumque dignitatum honorum praeeminentiarum et [illegible] suarum quarumcunque inducendum et intronizandum fore decerni, Ulteriusque fieri statui et decerni in premissis et circa eadem quibuscunque quod juris fuerit et rationis ac Statutis hujus Regni Angliae consonum, supplendo defectus quoscunque in hac parte intervenientes; Quae proponit et fieri petit pars ista proponens conjunctim et divisim [illegible] ad omnia et singula praemissa probandum, non ad onus superfluae probationis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in praemissis, obtineat in petitis juris beneficio in omnibus semper salvo, vestrum officium Dne Judex antedicte humiliter implorando./

Reverendissimo in Christo Patri et Domino Domino Gulielmo providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Angliae Primati et Metropolitano aut alii cuicunque potestatem sufficientem in hac parte habenti vel habituro Vestri humiles et devoti Richardus Steward Clericus Legum Doctor Decanus Ecclesiae Cathedralis Sanctae Trinitatis Cicestrensis et ejusdem Ecclesiae Capitulum omnimodam Reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo Patri debitas et condignas cum honore. Vestrae Reverendissimae Paternitati tenore presentium significamus et innotescimus Quod sede episcopali Cicestrensi nuper per Translationem Reverendi in Christo Patris ac Dni Dni Richardi Montague ultimi Episcopi ibidem ad Episcopatum Norwicensem jam vacante et Pastoris solatio destituta, Nos Decanus et Capitulum antedicti vigore et auctoritate Licentiae Regiae Majestatis nobis et Ecclesiae Cathedrali praedictae de alio in Episcopum et Pastorem eligendo fact' et concessae in domo nostra Capitulari die Dat' presentium capitulariter congregati et Capitulum facientes Citatis primitus per nos omnibus et singulis ad dictae electionis negotium de jure et hujus Regni Angliae Statutis seu antiqua consuetudine dictae Ecclesiae Cathedralis Cicestrensis [illegible] habitoque inter nos et alios voces in hujusmodi electionis negotio habentes tractatu diligenti et maturo de persona idonea in eandem eligenda, Tandem in venerabilem et egregium virum Brianum Duppa sacrae Theologiae Professorem et praeclarissimi Principis Caroli Tutorem per Serenissimum Dnum nostrum Dnum Carolum Regem specialiter nominatum et commendatum vota nostra direximus, Ipsumque vigore dictae Licentiae Serenissimae Regiae Majestatis in nostrum et dictae Ecclesiae Cathedralis Sanctae Trinitatis Cicestrensis Episcopum et Pastorem unanimiter et concorditer nullo prorsus discrepante aut contradicente vel reclamante elegimus prout per alias Literas nostras certificatorias dicto Serenissimo Domino nostro Regi in ea parte directas et transmissas plenius liquet et apparet. Vestrae igitur Paternitati Reverendissimae tenore presentium humiliter supplicamus et in Dno rogamus quatenus dictam Electionem sic per nos ut perfertur de persona praenominati venerabilis et egregii viri Briani Duppa factam et celebratam confirmare, Caeteraque peragere et perficere [illegible] quae ad officium vestrum Archiepiscopale in hac parte quomodolibet spectant dignetur eadem vestra Reverendissima

Reverendissima Paternitas vestra favore ut Deo optimo maximo bonorum omnium
largitore favente et cooperante dictus Dominus electus et confirmatus nobis præesse valeat
utiliter pariter et prodesse, ac nos sub eo et ejus Regimine bene possimus Deo in dicta Ecclesia
militare. Sicque Deus optimus maximus vestram Reverendissimam Paternitatem diu
conservet in prosperis. In quorum omnium et singulorum præmissorum fidem et
Testimonium sigillum nostrum Capitulare sive commune præsentibus apponi fecimus
Datum in domo nostra Capitulari vicesimo nono die mensis Maij Anno Domini Millesimo
Sexcentesimo Tricesimo Octavo Annoque Regni dicti Domini nostri Domini Caroli
dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regis Fidei defensoris &c decimo quarto./

In dei nomine Amen. Per præsens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum. Quod die Mercurij decimo tertio viz. die mensis Junij Anno domini Millesimo Sexcentesimo Tricesimo Octavo Regnique Serenissimi in Christo Patris Principis et Domini nostri Domini Caroli dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regis Fidei Defensoris &c Anno decimo quarto in Vestiario Ecclesiæ Parochialis beatæ Mariæ Virginis de Arcubus London: Inque mei Caroli Wade Notarij publici subscripti ac testium inferius nominatorum præsentijs constitutus personaliter Magister Thomas Gore Notarius Publicus Almeque Curiæ Cantuariensis de Arcubus Lond. procuratorum generalium unus exhibuit procuratorium suum literatorie pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Sanctæ et individuæ Cicestrensis sigillo eorum communi (ut apparuit) sub cera viridi sigillat ac inter alios comm et dictum factum et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli præsentavit venerabili viro Briano Duppa sacræ Theologiæ Professori et præclarissimi Principis Caroli Tutori tunc et ibidem personaliter præsenti literasque testimoniales sive certificatorias sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sub cera viridi etiam sigillat de et super electione dicti venerabilis viri in Episcopum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis Sanctæ et individuæ Trinitatis Cicestrensis prædict fact et celebrat: Eundemque venerabilem virum Dominum electum instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit quatenus eidem electioni de ipso et ejus persona (ut præmittitur) fact et celebrat consentire et consensum et assensum suos eidem præbere dignaretur. Qui quidem venerabilis vir Dominus electus Cicestrensis antedictus sic requisitus et interpellatus (præhabita primo per eum matura deliberatione) Electioni prædictæ de ipso et ejus persona sic (ut præmittitur) fact et celebrat consentiebat ac consensum et assensum suos eidem præbuit in scriptis prout in schedula quam in manibus suis tunc tenebat et eisdem legebat continetur. Cujus quidem schedulæ tenor sequitur et est talis viz.

In Dei nomine Amen. Ego Brianus Duppa sacræ Theologiæ Professor et præclarissimi Principis Caroli Tutor in Episcopum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis Sanctæ et individuæ Trinitatis Cicestrensis rite et legitime nominatus et electus, Adque consentiendum huiusmodi de me et persona mea in hac parte fact et celebrat ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capituli ejusdem Ecclesiæ Cathedralis instanter rogatus et requisitus (Dei Omnipotentis clementia fretus) Electioni huiusmodi de me et persona mea (sicut præmittitur) fact et celebrat ad honorem Dei Omnipotentis Patris Filij et spiritus sancti consentio eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus præbeo in hijs scriptis. Super quibus omnibus et singulis præmissis tam dictus venerabilis vir Dominus electus quam memoratus magister Thomas Gore procurator antedictus me præfatum notarium publicum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogaverunt et requisiverunt. Acta fuerunt hæc omnia et singula præmissa prout suprascribuntur et recitantur: sub Anno Domini Regnique Regiæ Majestatis mense die et loco prædictis præsentibus tunc et ibidem Gulielmo Merick Legum Doctore, Willmo Thomas Armigero, Benjamino Conant et Arthuro Holmes generosis Testibus ad præmissa videnda audienda et testificanda vocatis specialiter et requisitis./

Et ego Carolus Wade Roffen Dioc natus, publicus auctoritate
Regia Notarius. Quia præmissis omnibus et singulis, dum sic ut

Ut premittitur coram venerando Dño Regiq: Regiæ Majestatis [illegible] dic[to] die et loco prædictis agebantur et fiebant unacum prænominatis Testibus presens personaliter interfui, eaq: omnia et singula sic modo et forma prænotatis fieri sciui et expediri vidi sciui et audivi atq: in notam sumpsi. Ideo hoc presens publicum instrumentum manu aliena fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam et authenticam formam redegi. Signoq: nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et me hic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum præmissorum rogatus ad id specialiter et requisitus.

Per me [illegible] Wase Notarium Publicum

In Dei nomine Amen. Nos Nathanael Brent miles et Legum Doctor Reverendissimi in Christo Patris et Dñi Dñi Gulielmi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Angliæ Primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis necnon Commissarius inter alios ad infrascripta com[missionarius] et di[ctus] specialiter et legitime deputatus et constitutus in negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri Briani Duppa sacræ Theologiæ Professoris et præclarissimi Principis Caroli Tutoris in Episcopum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis Sanctæ et individuæ Trinitatis Cicestrensis electi fact[æ] et celebrat[æ] rite et legitime procedentes omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formamque ejusdem aut personam in hac parte electam in debita juris forma dicturos excepturos vel opposituros rite et legitime et peremptorie citatos sæpiusque publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem formamve ejusdem aut personam electam hujusmodi aliquid dicentes, excipientes vel opponentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclesiæ Cathedralis Cicestrensis prædicti pronuntiamus contumaces et in pœnam contumaciarum suarum hujusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem Sententiæ nostræ diffinitivæ sive decreti finalis in hujusmodi negotio ferendi, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante.

Lecta fuit hujusmodi schedula per prefatum [illegible] virum Dominum Nathanaelem Brent Militem die hora et loco in act[is] mentionat[is] etc.

In Dei nomine Amen. Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per Nos Nathanaelem Brent Militem et Legum Doctorem Reverendissimi in Christo Patris et Dñi Dñi Gulielmi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Angliæ Primatis et Metropolitani Vicarium in spiritualibus generalem et Officialem principalem necnon Commissarium inter alios ad infrascripta com[missionarium] et di[ctum] specialiter et legitime deputatum et constitutum Meritis et circumstantiis cujusdam causæ sive negotii confirmationis electionis de persona venerabilis viri Briani Duppa sacræ Theologiæ Professoris et præclarissimi Principis Caroli Tutoris in Episcopum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis Sanctæ et individuæ Trinitatis Cicestrensis electi fact[æ] et celebrat[æ]. Quod coram nobis in judicio aliquamdiu vertebatur et pendebat, vertiturque in præsenti et pendet indecis[um]. Rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram Nobis in dicto confirmationis negotio habito et facto ac diligenter recensito servatisque per nos de jure et Statutis hujus Regni Angliæ in ea parte servandis ad nostram Sententiam diffinitivam sive nostri finalis decreti prolationem in hujusmodi negotio ferendam sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta inactitata, deducta, allegata, proposita, exhibita, confessata et probata coram Nobis in hujusmodi confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus electionem prædictam per Decanum et Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Sanctæ et individuæ Trinitatis Cicestrensis prædict[æ] de prefato venerabili viro Briano Duppa electo hujusmodi viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato libero et de legitimo matrimonio procreato, atque in ætate legitima et ordine sacerdotali constituto rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam Nihilque eidem venerabili viro electo hujusmodi de [illegible] Canonica obviasse seu obviare quominus in Episcopum Cicestrensem auctoritate dicti Reverendissimi Patris merito debeat confirmari Idcirco Nos Nathanael Brent Miles et Legum Doctor Vicarius in spiritualibus generalis ac Commissarius et Judex antedictus (ut præfertur) specialiter et legitime deputatus et constitutus [illegible] [illegible] et aliis [illegible] meritis super quibus prænominatus electus Episcopus Cicestrensis fide-digno commendatus testimonio Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum Deum oculis nostris præponentes et habentes de et cum consilio [illegible] [illegible] [illegible]

In hac parte commissimus Prænominatam electionem de eodem venerabili viro Briano Duppa factam et celebratam auctoritate qua fungimur confirmamus defectusque quoscunque in dicto confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de jure possumus supplentes et supplemus. Ipsumque dominum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus. Curamque regimen et administrationem spiritualem dicti Episcopatus Cicestrensis eidem Dno electo et confirmato committimus. Ac ipsum realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Cicestren. Juriumque dignitatum honorum præheminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducend. et intronizand. fore per Archidiaconum Cant. ejusve Deputatum juxta Ecclesiæ Cathedralis Cicestrensis prædict. morem et consuetudinem (legibus et Statutis hujus Regni Angliæ non adversan.) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram Sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in hiis scriptis.

Lecta fuit hujusmodi Sententia per præfatum venerabilem virum Dominum Nathanaelem Brent Mil. die Mercurij decimo tertio viz. die mensis Junij Anno Dni 1638 In Ecclesia parochiali beatæ Mariæ Virginis de Arcubus Lond. inter horas secundam et quartam post meridiem et ad petitionem magistri Thomæ Peeke procuratoris Decani et Capituli Ecclesiæ Cathedralis Stæ et individuæ Trinitatis Cicestren. in præsentia mei Caroli Wade Notarij Publici. Super quibus etc. requisivit me Testesque etc. præsentibus tunc et ibidem Testibus in act. mentionat. etc.

Die Dominico decimo septimo, viz. die mensis Junij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Tricesimo Octavo et Translationis Reverendissimi in Christo Patris et Domini Dni Gulielmi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Angliæ Primat. et Metropolitani Anno quinto, in Capella dicti Reverendissimi Patris infra Manerium suum de Lambeth in Com. Surriæ etc. situat. Idem Reverendissimus Pater vigore et authoritate Literarum Commissionalium Serenissimi in Christo Principis et Dni nostri Dni Caroli Dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regis fidei Defensoris etc. sibi in hac parte direct. etc. Assisten. sibi in Christo Patribus Dnis Thoma Dunelm., Roberto Coven. et Lichen., Johanne Oxon. et Matthæo Elien. respective Episcopis, munus consecrationis venerabili viro Briano Duppa sacræ Theologiæ Professori et præclarissimi Principis Caroli Tutoris in Episcopum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis Sanctæ et individuæ Trinitatis Cicestrensis electo et confirmato (præstito primitus per eundem Dnum electum et confirmatum juramento tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis Ecclesiasticis et temporalibus ac de renuntiando refutando et recusando omni et omnimodæ Jurisdictioni potestati authoritati et superioritati forancis juxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti hujus inclyti Regni Angliæ in ea parte editi et provisi, necnon de Reverentia et obedientia debit. prænominato Reverendissimo Patri Dno Archiepiscopo Cant. et Ecclesiæ Metropoliticæ Christi Cant. adhibend. quam de simonia non commissa pro vel de procuratione sive acquisitione Epatus Cicestrensis prædict. juxta Canonem in ea parte editum etc. adhibitis ritibus et ceremonijs de usu modernæ Ecclesiæ Anglicanæ adhibend.) juxta formam descript. in libro intitulat. The forme and manner of makeing and consecrating Bishops Preists and Deacons etc. impendebat in præsentia mei Caroli Wade Notarij Publici et Testibus tunc et ibidem præclarissimo ~~Domino~~ Carolo Principe Walliæ, necnon honorabilibus viris Thoma Dno Coventry magni sigilli Angliæ Domino Custode privati sigilli Angliæ. Ac etiam venerabilibus viris Domino Nathanaele Brent Mil. et Legum Doctore Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali prædicti Reverendissimi Patris Domino Johanne Lambe Milite et Legum Doctore almæ Curiæ Cant. de Arcubus Lond. Officiali, Dno Carolo Cesar etiam Milite et Legum Doctore Curiæ Audientiæ Cant. causarum et negotiorum auditore, Dno Edmundo Scot armig. et Gilberto Sheldon sacræ Theologiæ Professore Custode Collegij omnium Animarum Oxon, Thoma Rives Legum Doctore Advocat. Regio, Arthuro Duck, Roberto Mason, Willimo Merick et Willimo Nevile Legum etiam Doctoribus et almæ Curiæ Cant. de Arcubus Lond. Advocatis generalibus, Gulielmo Bray et Gulielmo Oliver sacræ Theologiæ Bacc. et Capellanis Domesticis prædicti Reverendissimi Patris, necnon Adamo Torlesse et Willimo Sherman Armigeris, et Johanne Adolt gen. et multis alijs viris nobilibus, Armigeris, et generosis in numero copioso congregatis testatis etc.

Gulielmus Providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius

totius Angliae Primas et Metropolitanus ac [illegible] auctoritate Parliamenti hujus inclyti Regni Angliae [illegible] Cant [illegible] Serenissimi in Christo Principis et Dni nri Dni Caroli Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis Fidei Defensoris &c sufficienter et [illegible] fulcit: Venerabili viro Willmo Kingsley sacrae Theologiae Professori Archidiacono nro Cant ac [illegible] Ecclesiae Cathedrali et Metropoliticae Christi Cant Salutem cum gratia. Cum vacante nuper sede Episcopali Cicestrensi per Translationem Reverendi in Christo Patris Dni Richardi Mountague ultimi Episcopi et Pastoris ibidem ad Episcopatum Norwicensem Decanus et Capitulum Ecclesiae Cathedralis Sanctae et individuae Trinitatis Cicestrensis Licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta venerabilem virum Brianum Duppa sacrae Theologiae Professorem et praeclarissimi Principis Caroli Tutorem [illegible] in dicta Ecclesia Cathedrali Sanctae et individuae Trinitatis Cicestrensis Episcopum et Pastorem elegerunt et Ecclesiae Cathedrali praedictae de eo providerunt. Cumque [illegible] electionem de persona sua sic electam [illegible] de jure et statutis hujus Regni Angliae in ea parte requisitis Nos Gulielmus Cant Archiepiscopus auctoritate nostra [illegible] confirmavimus eidemque confirmato curam Regimen et administrationem spiritualem dicti Episcopatus Cicestrensis commisimus, necnon [illegible] consecravimus [illegible] canonicis ritibus et ceremoniis de more Ecclesiae Anglicanae adhibendis) dictum Dominum electum confirmatum [illegible]. Ipsumque Dnum electum confirmatum et consecratum seu procuratorem suum legitimum ejus nomine et pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Cicestrensis Juriumque dignitatum honorum praeeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum installandum et inthronizandum fore decrevimus justitia mediante. Tibi igitur firmiter praecipiendo mandamus quatenus praefatum Reverendum Patrem Dominum Brianum Duppa electum confirmatum et consecratum seu procuratorem suum legitimum ejus nomine et pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Cicestrensis Juriumque dignitatum honorum praeeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducas installes et inthronizes, seu sic induci installari et inthronizari facias cum effectu, Cathedram sive sedem Episcopalem in Ecclesia Cathedrali Sanctae et individuae Trinitatis Cicestrensis [illegible] Episcopo ibidem assignari solet et consuevit sibi (uti moris est) assignes, et eum in nomine Dni nri Jesu Christi imponas seu imponi facias prout decet juribus et consuetudinibus nris Archiepiscopalibus et Ecclesiae nrae Cathedralis et Metropoliticae Christi Cant praedictae dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. In cujus rei Testimonium sigillumque in hac parte utimur praesentibus apponi fecimus. Datum decimo septimo die mensis Junii Anno Dni 1638 Et nrae Translationis Anno quinto.

Decimo nono die mensis Junii Anno Dni 1638 emanavit Inductio vigore hujus mandati venerabilibus viris Roberto Bostock et Laurentio Pay sacrae Theologiae Professoribus Canonicis Residentiariis, Josepho Henshaw sacrae Theologiae Baccalaureo et Georgio Aglen in Artibus magistro Praebendariis Ecclesiae Cathedralis Sanctae et individuae Trinitatis Cicestrensis [illegible] et [illegible] ad [illegible] et inthronizandum praedictum electum Brianum Duppa &c.

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc praesens scriptum pervenerit Brianus permissione divina Cicestrensis Episcopus salutem in Dno sempiternam ac fidem indubiam praesentibus adhibere. Cum tam de antiqua laudabili longaeva et hactenus praescripta consuetudine hactenus a tempore hominum memoriam superante inconcusse usitat et observat quam etiam de singulari Praerogativa Ecclesiae Metropoliticae Christi Cant fuerit et est inductum usitatum et observatum Quod Archiepiscopus Cant cum primum consecrat quemlibet suffraganeorum in Episcopum alicujus [illegible] Cantuariensis Provinciae [illegible] post confirmationem electionis hujusmodi Clericum quendam nominat et eligere poterit [illegible] electus confirmatus tenebitur quam primum facultas se obtulerit in sua Ecclesia Cathedrali dignitate Canonicatus et praebenda seu alio competenti beneficio ecclesiastico providere ac ipsum [illegible] Clericum ad dignitatem Canonicatus et Praebendam seu beneficium hujusmodi sic providendum acceptabiliter admittere necnon sibi [illegible] et impedimento quocunque [illegible] ad aliquam dignitatem Canonicatum et Praebendam vel Beneficium [illegible] et praebendam. Sciatis igitur quod Brianus Episcopus jura libertates consuetudines et

In Dei nomine Amen Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Thomam Ryves legum doctorem Advocatum Regium necnon Reverendissimi in Christo patris et domini domini Gulielmi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissarium inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatum et constitutum Meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negotii Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Johannis Towres sacre Theologie Professoris et Ecclesie Cathedralis de Burgo Sancti Petri alias Petriburgen Decani in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis de Burgo Sancti Petri alias Petriburgen predicte electi facte et celebrate, Quod coram nobis in iudicio aliquandiu vertebatur vertiturque in presenti et pendet indecisum Rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto Confirmationis negotio habito et facto atque diligenter recensito servatisque per nos de iure et statutis huius regni Anglie in ea parte servandis, ad nostre sententie diffinitive sive nostri finalis decreti prolationem in huiusmodi negotio ferende sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum Quia per acta, inactitata, deducta, allegata, proposita, exhibita, confessata et probata coram nobis in huiusmodi Confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus Electionem predictam per Subdecanum et Capitulum Ecclesie Cathedralis de Burgo Sancti Petri alias Petriburgen predicte de prefato venerabili viro Johanne Towres electo huiusmodi, viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de Institutis Ecclesiasticis obviasse seu obviare quominus in Episcopum de Burgo Sancti Petri alias Petriburgen auctoritate domini Reverendissimi patris merito debeat confirmari, Idcirco Nos Thomas Ryves legum doctor ac Commissarius et Judex antedictus sic (ut premittitur) specialiter et legitime deputatus et constitutus Attentis premissis et aliis virtutum meritis super quibus prenominatus Electus Episcopus de Burgo sancti Petri alias Petriburgen fidedigno commendatur testimonio, Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum Deum oculis nostris preponentes et habentes de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus Prenominatam electionem de eodem venerabili viro Johanne Towres factam et celebratam auctoritate (qua fungimur) confirmamus, Defectusque quoscunque in dicto Confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de iure possumus supplentes et supplemus Ipsumque dictum Electum et Confirmatum, consecrandum et benedicendum fore decernimus Curamque regimen et Administrationem spiritualium dicti Episcopatus de Burgo sancti Petri alias Petriburgen eidem domino electo et confirmato committimus Ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus de Burgo Sancti Petri alias Petriburgen Juriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et intronizandum fore per Archidiaconum Cantuariensem eiusve deputatum iuxta Ecclesie Cathedralis de Burgo Sancti Petri alias Petriburgen predicte morem et consuetudinem (Legibus et Statutis huius regni Anglie non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram Sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in his scriptis. /

Lecta fuit huiusmodi Sententia per prefatum venerabilem virum Thomam Ryves legum doctorem die Lune septimo videlicet die mensis Januarii Anno

Dni iuxta &c Millimo Sexcentesimo tricesimo octavo In Ecclia parochiali beatæ Mariæ Virginis de Arcubus London inter hor secundam et quartam post meridiem eiusd diei ad petitionem Magri Francisci Mundy procuratoris Subdecani et Capli Ecclie Cathlis de Burgo Sci Petri alias Petriburgen In pntia mei Caroli Wade notarij pubci &c Super quibus &c requisivit me &c testes &c pntibus tunc et ibm testibus in Actis mentionat &c.

Die Dominico decimo tertio vizt die mensis Januarij Anno Dni (iuxta Computationem Ecclie Anglicanæ) Millimo Sexcentesimo tricesimo octavo et Translationis Rmi in xpo pris et Dni Dni Guilielmi providentia divina Cant Archiepi totius Angliæ Primatis et Metropolitani Anno sexto In Capella dci Reverendissimi pris infra Manerium suum de Lambeth in com Surriæ &c situat, Idem Reverendissimus pr vigore et authtate lrarum Comissionalium Serenissimi in xpo principis et dni nri dni Caroli dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hibniæ Regis fidei defensoris &c sibi in hac parte direct &c Assistentibus sibi Reverendo in xpo pre et honorando viro Dno Guilielmo providen dia London Epo dno summo Thesaurario Angliæ necnon Reverendis pribus dnis Gualtero Winton, Mattheo Elien et Johanne Roffen respective Episcopis Munus Consecrationis venerli viro Johanni Towers sacræ Theologiæ professori Decano Ecclie Cathlis de Burgo Sci Petri als Petriburgen in Epum et Pastorem eiusd Ecclie Cathlis elect et confirmat (prestito primitus per eund dnum elect et confirmatum Juramento tam de agnoscend Regiam supremam ptatem in causis Ecclicis et temporalibus ac de renunciand refutando et recusando omni et omnimodæ Jurisdictioni, potestati, authtati et superioritati forancis iuxta vim, formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclyti regni Angliæ in ea parte editi et provisi necnon de Reverentia et obedientia debitis prænominato Rmo pri Dno Archiepo Cant et Ecclie Metropolitæ Christi Cant adhibend quam de simonia non comissa pro vel de procuratione sive acquisitione Epatus Petriburgen predict iuxta Canonem in ea parte editum &c adhibitisque ritibus et Ceremonijs de usu moderno Ecclie Anglicanæ adhibend) iuxta formam descriptam in Libro intitulat The forme and manner of making and consecrating Bishops Preists and Deacons &c impendebat In pntia mei Caroli Wade notarij pubci Pntibus tunc et ibm honorandis viris Henrico Dno Mountague Dno Custode privati sigilli et Dno Thoma Edmonds milite Thesaurario Hospitij Regij necnon venerlibus viris Dno Johanne Lambe milite et legum doctore Almæ Curiæ Cant de Arcubus London Officiali Thoma Rives legum doctore Advocato Regio Johanne Exton et Roberto King legum etiam doctoribus Almæque Curiæ Cant de Arcubus London Advocatis generalibus Roberto Newell, Guilielmo Haywood et Gabriele Moore sacræ theologiæ professoribus, Guilielmo Bray et Johanne Olliver sacræ theologiæ baccalaureis Capellanis domesticis predci Reverendissimi pris necnon magris Willimo Bellamy et Roberto Cooke notarijs pubcis Almæque Curiæ Cant de Arcubus London procuratoribus generalibus Johanne Holt generoso Apparitore generali dicti Rmi pris Waltero Dobson et Christophero Dolbey generosis ac multis alijs in numero copioso congregatis testibus &c.

Guilielmus providentia divina Cant Archiepus totius Angliæ Primas et Metropolitanus ad infrascripta authtate Parliamenti huius inclyti regni Angliæ (mediantibus lris Comissionalibus patentibus Serenissimi in xpo principis et dni nri dni Caroli dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hibniæ Regis fidei defensoris &c) sufficienter et legitime fulcit Venerabili viro Willimo Kingsly sacræ theologiæ professori Archidno nro Cant in Ecclia nra Cathli et Metropolitica Christi Cant Salutem et gratiam Cum vacante nuper sede Epali Petriburgen per obitum bonæ memoriæ dni Francisci Dee ultimi Epi et pastoris ibm Thomas Swift sacræ theologiæ baccalaureus Subdecanus Ecclie Cathlis de Burgo Sci Petri als Petriburgen ac procurator venerlis viri Johannis Towers sacræ Theologiæ professoris Decani Ecclie Cathlis predict et eiusd Ecclie Capitulum (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) prefatum venerlem virum Johannem Towers in eorum et dictæ Ecclie Cathlis de Burgo Sci Petri als Petriburgen Epum et pastorem elegerint et Ecclie Cathli predict de eodem providerint Quam quidem electionem et personam sic electam (servatis de Jure et Statutis huius regni Angliæ in ea parte servandis) Nos Guilielmus Archiepus Cant antedict authtate qua supra confirmavimus eidemque confirmato Curam regimen et administrationem spualium dci Epatus Petriburgen comisimus necnon consequenter munus consecrationis (adhibitis ritibus et ceremonijs de more Ecclie

Anglicanæ adhibent, eidem dno Electo et confirmato impendimus. Ipsumque dnum electum confirmatum et consecratum seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dci Epatus Petriburgen Iuriumque dignitatum honorum præheminentiarum et pertinen suorum universorum inducend installand et intronizand fore decrevimus iustitia mediante. Tibi igitur firmiter præcipiendo mandamus quatenus præfatum Reverendum prem dnum Iohannem Towers dnum electum, confirmatum et consecrat seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dci Epatus Petriburgen Iuriumque dignitatum honorum præheminen et pertinen suorum universorum inducas installes et intronizes seu sic induci installari et intronizari facias cum effectu Cathedramque sive sedem Epalem in Ecclia Cathli de Burgo sci Petri als Petriburgen præfat Epo ibm assignari solit et consuet sibi (prout moris est) assignes et eum in nomine dni nri Iesu Christi imponas seu imponi facias prout decet Iuribus et consuetudinibus nris Archiepalibus Cant et Ecclie nræ Cathlis et Metropolic xpi Cant prædict. dignitatibus et honoribus in oibus semper salvis. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) ptibus apponi fecimus Dat decimo tertio die mensis Ianuarij Anno dni (iuxta Computaconem Ecclie Anglicanæ) Millmo sexcentesimo tricesimo octavo Et nræ Transl Anno sexto.

Decimo Septimo die mensis Ianuarij Anno dni iuxta etc Millmo sexcentmo tricesimo octavo emanavit Inductio vigore mandati supradicti venlibus viris Henrico Smyth et Iohanni Pocklington sacræ theologiæ professoribus et Robto Towers clico in artibus magro Prebendarijs Ecclie Cathlis de Burgo sci Petri als Petriburgen coniunctim et divisim etc ad inducend et intronizand præfat venlem virum Iohannem Towers etc.

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc præsens scriptum pervenerit Iohannes permissione divina Petriburgen Epus Salutem in dno sempiternam ac fidem indubiam ptibus adhiberi. Cum tam de antiqua laudabili longævaque et hactenus præscripta consuetudine hactenus per tempus hominum memoriam superans inconcusse usitat et observat quam etiam de singulari prærogativa Ecclie Metropolic xpi Cant fuerit et sit indultum usitatum et observatum Quod Archiepus Cant pro tempore existens cuilibet Suffraganeorum in Epum alicuius Ecclie Cathlis suæ Cant Provinciæ elect statim post Confirmaconem electionis hmoi unum Clericum idoneum nominare et putare possit Qui idem electus confirmatus tenebitur quamprimum facultas se obtulerit in sua Ecclia Cathli de dignitate, Canonicatu et Prebenda seu de alio competen beneficio ecclico providere ac interim dcum Clericum ad dignitat Canonicatum et Prebendam seu beneficium hmoi sic promovendum acceptare et admittere necnon sibi pensionem annuam sufficientem constituere tantisper solvend et impendend quousque dict Clerico de aliqua dignitate Canonicatu et Prebend vel competen beneficio hmoi sufficien fuerit cautum et provisum Sciatis igitur nos præfatum Iohannem Epum antedcum Iura libertates, consuetudines et Prærogativam Ecclie Metropolic Christi Cant præd (prout tenemur) pro posse nro adimplere volentes ex causis et consideracionibus præd ac in plenam satisfactionem earund dedisse, concessisse et confirmasse Reverendissimo in xpo pri et dno dno Willielmo providentia diã Cant Archiepo totius Angliæ Primati et Metropolitano executoribus et assignatis suis primam et proximam advocationem, noiaconem putaconem liberamque dispositionem et ius patronatus Rectoriæ Ecclie parochialis de Stretton in com et dioc Lincoln nrorumque patronatus et dispositionis existen quandocunque et quamprimum dcam Rectoriam per mortem, resignaconem, cessionem, dimissionem, permutaconem privaconem vel alio quocunque modo primo et prox post datum psentium vacare contigerit pro prima vice proximaque presentatione eiusd Rectoriæ tantum Habendum et tenend dict Advocationem nominaconem putaconem liberamque dispositionem et ius patronatus Rectoriæ Ecclie parochialis.

de Trotton pred sit (ut praefertur) primo et prox vacatur praenominato Reverendmo p̃ri D̃no Willielmo Cant Archiepo executoribus et Assignatis suis pro hac vice et prox vacatione eiusdem tantum Ita quod bene liceat et licebit praefato Revmo p̃ri executoribus et assignatis suis ad libitum suum virtute p̃ntium quamcunque personam idoneam ad Rectoriam Ecclie parochialis de Trotton pred utcunque vacare contigerit pro hac vice tantum nominare et p̃ntare Ac Lr̃as nominacõis et p̃ntacõnis de p̃dcã Rectoria ecclie parochialis de Trotton cuicunque personae idoneae huiõi facere et concedere, ac omnia alia et singula facere, exequi et perimplere quae in premissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna adeo plene libere et integre ac in tam amplis modo et forma prout Nos praefatus Epus faceremus seu facere possemus si haec p̃ns nostra concessio sive confirmatio inde facta non fuisset Et si contigerit hanc nr̃am donacõnem sive concessionem racione forsan alicuius prioris donationis sive concessionis per Nos aut predecessores nr̃os inde factae seu quavis alia de causa vel occasione pro prima et proxima vacatione dcãe Rectoriae de Trotton pred suum debitum non sortiri effectum Tunc et in eo casu volumus et concedimus pro nobis et successoribus nr̃is Quod haec praesens donatio sive concessio nr̃a sese extendat ad secundam ac etiam in casu simili ad tertiam vacationem dcãe Rectoriae de Trotton pred Ita quod ius patronatus dcãe Rectoriae ad nos et successores nr̃os antea non revertetur donec et quousque una aliqua persona idonea virtute p̃ntium ad nominacõnem et p̃ntacõem praedicti Reverendissimi p̃ris executorum vel assignatorum suorum ad praed Rectoriam pro hac vice tantum fuerit admissa ac in eadem canonice instituta necnon in realem actualem et corporalem possessionem eiusdem Iuriumque membrorum et pertinen suorum universorum inducta pacifice et quiete In cuius rei Testimonium Sigillum nr̃um Epale p̃ntibus apponi fecimus Dat decimo octavo die mensis Januarij Anno Dñi (iuxta computacõnem Ecclie Angliae) Millesimo sexcentesimo tricesimo octavo Regnique serenissimi in xp̃o principis et Dñi nr̃i Dñi Caroli Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris &c Anno decimo quarto. et nr̃ae Consecrationis Anno primo.

Acta habita et facta in negotio Confirmacõnis electionis de persona venlis viri Morgani Owens sacrae theologiae professoris in Epum et pastorem Ecclesiae Cathis Landaven electi die Martis vicesimo quarto viz die mensis Martij Anno Dñi iuxta Computacõnem Ecclie Anglicanae Millesimo sexcentesimo tricesimo nono Regnique serenissimi in xp̃o Principis et Dñi nr̃i Dñi Caroli Dei gr̃a Angliae, Scotiae, Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris &c Anno decimo quinto In Ecclia parochiali beatae Mariae Virginis de Arcubus London Ecclia Cathis et Metropoliticae Christi Cantuar Iurisdictionis immediatae inter horas secundam et quartam post meridiem eiusdem diei Coram venli viro Dño Johanne Lambe milite et legum doctore Almae Curiae Cant de Arcubus London Officiali necnon Revmi in xp̃o patris et Dñi Dñi Willielmi providentia diva Cant Archiepi totius Angliae Primatis et Metropolitani Commissario inter alios ad infrascripta rite et debite spialr et lrĩme deputat et constitut In p̃ntia mei Savili Wade notarij publici &c.

Dictis die et loco ac inter horas praedictas p̃ntatis coram praefato venli viro Dño Johanne Lambe milite et legum doctore &c necnon Commissario &c Iudicialiter et pro Tribunali sedente Lr̃is patentibus Regijs &c necnon Lr̃is Commissionalibus dci Revmi patris eidem venli viro et alijs rite et dirigen in hac parte factis Quibus quidem Lr̃is paten Regijs et Commissionalibus Revmi &c per me Savilum Wade notarium publicum antedictum publice lectis Idem venlis vir Dñus Johannes Lambe ob honorem et reverentiam dci Dñi nr̃i Regis et memorati Revmi p̃ris acceptavit in se onus executionis dctarum Lr̃arum paten et Commissionalium et decrevit procedendum fore iuxta tenorem vim formam et effectum earundem Deinde comparuit personaliter magr Johannes Roberts notarius publicus almæq Curiæ Cant de Arcubus London procuratorum generalium unus et exhibuit procuratorium suum [illegible] pro venerabilibus viris Archino et Caplo Ecclie Cathlis Landaven pred et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem presentavit eidem venli viro dno Johanni Lambe venlem virum Morganum Owens sacræ theologiæ professorem in Epum et pastorem Ecclie Cathlis Landaven pred electum et ipsum e regione Confirmantis sistebat Et tunc dcus magr Roberts exhibuit mandatum citatorium orile alias contra oppositores in hoc negotio emanat unacum Certificatorio in dorso super executione eiusdem et petijt omnes et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari Quibus tunc et ibm publice trina vice preconizatis et nullo modo comparen &c Prefatus magr Roberts accusavit contumacias omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) ad hos diem hor et locum citat et intimat &c modo pred preconizat et nullo modo comparen nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere curan et petijt eos reputari contumaces et in pœnam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponend in huiusmodi causa sive negotio eis et eorum cuilibet precludi &c Ad cuius petitionem dcus dnus Johannes Lambe pronuntiavit eos omnes et singulos sic ut citatos intimatos preconizatos et nullo modo comparen nec aliquid in hac parte dicere, excipere vel opponere curan contumaces et in pœnam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dcam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam eis et eorum cuilibet preclusit necnon ad ulteriora in dco Confirmationis negotio procedendum fore decrevit ipsorum sic citatorum et non comparen absentia sive contumacia in aliquo non obstan prout in sched per eum tunc lecta plenius continetur Quibus sic gestis prefatus Magr Johannes Roberts in pœnam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium dedit summariam petitionem in scriptis quam petijt admitti &c qua quidem summaria petitione per me prefatum Carolum Wade notarium publicum actuarium de mandato dci dni Johannis Lambe publice lecta idem venlis vir admisit dcam summariam petitionem quatenus de iure &c et decrevit procedendum fore summarie et de plano &c et assignavit dco Magro Roberts terminum ad probandum eandem summariam petitionem ad statim Et tunc dcus Magr Roberts in subsidium probationis contentorum in dca summaria petitione exhibuit lras patentes regias de assensu suo regio superius mentionat per quas apparuit memoratos Archinum et Capitulum Ecclie Cathlis Landaven pred prenominatum venlem virum Morganum Owens in eorum et dcæ Ecclie Cathlis Landaven Epum et pastorem elegisse Regiamque Maiestatem eidem electioni assensum suum Regium adhibuisse Ac etiam exhibuit bina Certificatoria unum eorum directum Remo alterumque Dno electo de et super electione predci venlis viri in Epum et Pastorem Ecclie Cathlis Landaven predict Sigillo communi eorundem Decani et Capli (ut apparuit) sub cera rubra respective sigillat et Instrumentum publicum super consensu prefati Dni Electi eidem electioni adhibito et allegavit oia et singula in dcis respective exhibitis contenta fuisse et esse vera ac habita et gesta prout in eisdem respective continentur petendo terminum sibi assignari ad audiend sniam sive finale decretum in hac causa Ad cuius petitionem dcus dnus Johannes Lambe assignavit ad audiend sniam ad statim Consequenter vero facta alia publica trina vice preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) citat et intimat &c et nullo modo comparen nec aliquid in hac parte opponere curan dcus dnus Johannes Lambe ad petitionem dci magri Roberts ut supra accusantis eorum contumacias et petentis &c pronuntiavit eos et eorum quemlibet contumaces et in pœnam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem dci magri Roberts decrevit procedendum fore ad prolationem sententiæ diffinitivæ in huiusmodi causa sive negotio confirmationis predict ipsorum sic citat &c et non comparen absentia sive contumacia in aliquo non obstan prout in alia schedula per eundem venlem virum dnum Johannem Lambe lecta continetur Hijs expeditis prestitoque Iuramento per prefatum venlem virum dnum electum antedcum ad sca dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata tam de agnoscend Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renuntiando refutando et recusand omni et omnimodæ iurisdictioni potestati auctoritati et superioritati forinsecis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclyti regni Angliæ in ea parte edidi et provisi necnon de vera et Canonica obedientia praenominato Rmo in xpo pri et Dno Dno Guilielmo Archiepo Cant et Ecclie Cathlis et Metropolit xpi Cant et Successoribus suis quam de Simonia non commissa pro vel de procuratione sive acquisitione Epatus Landaven praed juxta Canonem in ea parte editum &c Praefatus dnus Johannes Lambe ad petitionem praefati magri Roberti eam porrigen sententiam et peten tantum ferri et justiciam fieri pro parte sua legit, tulit et promulgavit sniam sive finale decretum in dco Confirmationis negotio in scriptis concept pronuntiand, decernendo, declarando, confirmando supplendo caeteraque faciend prout in eadem sententia continetur Super quibus omnibus et singulis praemissis tam dcus dnus electus et confirmatus quam memoratus magr Robertus procurator Archini et Capli praed me notarium publicum praed sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit Postremo vero dcus venlis vir Dnus Johannes Lambe tam ad petitionem dci dni Electi quam memorati Magri Mundy procuratoris Archini et Capli praed decrevit eis lras testimoniales super omnibus et singulis praemissis sub modo et forma superius specificatis gestis et expeditis fieri et expediri Praesentibus tunc et ibm Adamo Torless armigero, Johanne Holt generoso Apparitore generali Dni Archiepi Cantuar Henrico Durham et Willmo Fisher notarijs publicis almaeque Curiae Cant de Arcubus London procuratoribus generalibus Josepho Collett et Johanne Cross Lrarijs et multis alijs testibus &c.

Tenores vero tam Lrarum Patentium Regiae Maiestatis quam totius processus in dco Confirmationis negotio habit et fact et superius mentionat sequuntur et sunt tales vizt.

Carolus dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hibniae Rex fidei defensor &c. Reverendissimo in xpo pri ac praedilecto et perquam fideli Consiliario nro Dno Guilielmo providen divina Cantuar Archiepo totius Angliae Primati et Metropolitano ac alijs quibuscunque Episcopis quorum in hac parte interest Salutem Cum vacante nuper sede Epali Landaven per mortem naturalem ultimi Episcopi ejusdem ad humilem petitionem Archidiaconi et Capli Ecclie nrae Cathlis Landaven praed per Lras nras Patentes licentiam concesserimus alium sibi eligend in Epum et pastorem sedis praedcae Jidem Archidiaconus et Capitulum vigore et obtentu Lrae nrae praed dilectum nobis in xpo Morganum Owens sacrae theologiae doctorem sibi et Ecclie praed elegerint in Epum et Pastorem prout per lras suas sigillo eorum communi sigillat nobis inde directas plenius liquet et apparet Nos electionem illam acceptantes eidem electioni regium assensum nrum adhibuimus pariter et favorem Et hoc vobis tenore pntium significamus Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter praecipiendo mandantes quatenus vos eundem Morganum Owens in Epum et pastorem ecclie Cathlis praed sic (ut praefertur) elect electionemque praed confirmare et eund Epum et pastorem Ecclie praed consecrare Caeteraque omnia et singula facere peragere et perimplere quae vro in hac parte incumbunt officio pastorali juxta formam legum et Statutorum Regni nri Angliae in hac parte edit et proviss velitis cum diligentia, favore et effectu In cujus rei Testimonium has Lras nras fieri fecimus patentes Teste meipso apud Westm decimo nono die Martij Anno regni nri quinto decimo.

Guilielmus providentia divina Cant Archiepus totius Angliae Primas et Metropolitanus Dilectis nobis in xpo venli viro Dno Nathanaeli Brent militi et legum doctori Vicario nro in spualibus generali et Officiali principali aut eo absente vel impedito venlibus ac viris Dno Johanni Lambe militi et legum doctori almae Curiae nrae Cant de Arcubus London Officiali principali, Thomae Rives legum doctori Advocato Regio, Willmo Sames et Willmo Merrick legum etiam doctoribus Salutem et gratiam Cum lras patentes Serenissimi in xpo Principis et dni nri dni Caroli dei gra Angliae Scotiae Franciae et Hibniae Regis fidei defensoris &c sigillo suo magno Angliae sigillat gerentes dat apud Westm decimo nono die mensis Martij Anno regni sui felicissimi decimo quinto receperimus in quibus inter alia nobis praeceptum est ut electionem venlis viri Morgani Owens sacrae theologiae professoris ad

Epum Landaven confirmaremus Nos vero ea qua decuit reverentia volentes mandato Regio in ea parte satisfacere Ad examinand igitur discutiend approband et confirmand dcam electionem et personam sic electam secundum Juris et Statutorum huius regni Anglie exigen ac iuxta tenorem formam et effectum mandati Regij predict nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi quatenus eand electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse Vobis conm et divim consistoriis approband et comproband defectusque (siqui forsan in ea parte intervenerint) rite et legitime supplend Ceteraque oia et singula faciend exercend et expediend que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna Vobis conm et divim committimus vices nras ac plenam in dno tenore ptium concedimus ptatem Juribus nostris Metropoliticis Cant Ecclieque emolumentis nobis ac Officiarijs et ministris nris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) ptibus apponi fecimus Dat Vicesimo die mensis Martij Anno Dni iuxta &c Millimo sexcentesimo tricesimo nono et nre Transl Anno septimo.

Pateat universis per ptes quod nos Archinus et Capitulum Ecclie Cathis Landaven Dilect nobis in xpo magistrum Humfridum Kaid necnon magros Johannem Roberts et Arthurum Crane notarios publicos Alme Curie Cant de Arcubus London procuratores generales conm et eorum quemlibet per se divim et in solid nros veros legitimos et indubitatos procuratores actores factores negotiorumque nrorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta omnia et singula nominamus ordinamus facimus et constituimus per ptes Damusque et concedimus eisd procuratoribus nris conm et eorum cuilt per se divim (ut prefertur) ptatem generalem et mandatum speciale pro nobis ac vice loco et nominibus nris coram venli et egregio viro Morgano Owen sacre Theologie professore in Epum et pastorem Ecclie Cathis Landaven pred per nos unanimiter electo comparendi et intersistend Literasque Certificatorias sive decretum de et super electione sua huiusmodi per nos fact et confecte sigilloque nro Capitulari sigillat eid venli viro exhibend et ostendend Ipsumque simpliciter et cum instantia quod ipse electioni de se fact consentire et consensum suum eidem expresse prebere dignetur rogand et requirend electionemque predcam Serenissimo in xpo principi et dno nro dno Carolo dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibnie Regi fidei defensori &c intimand necnon negotium Confirmacionis electionis pred coram Reverendissimo in xpo pre ac dno dno Guilielmo providentia divina Cant Archiepo totius Anglie Primate et Metropolitano eiusve Vicario in spualibus generali sive Comissarijs aut Comissario aut alio Judice in hac parte competen quorumque usque ad finalem expeditionem eiusd nominibus nris prosequend ac confirmacionem in ea parte petend et obtinend provocand et appelland ac provocationes et appellationes huiusmodi notificand et intimand Et generaliter oia et singula alia faciend exercend et expediend que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna licet mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum Promittimusque nos ratum gratum et firmiter perpetuo habituros totum et quicquid dci nri procuratores seu eorum aliquis fecerint seu fecerit in premissis aut eorum aliquo sub hypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nrorum tam ptium quam futurorum et Cautionem in ea parte exponimus per ptes In cuius rei Testimonium (quia sigillum nrum Capitulare in ptiu ad manus non habemus) Sigillum venlis dni Officialis sive Comissarij venlium virorum dnorum decani et Capli Ecclie Cathis divi Pauli London ptibus apponi procuravimus Et nos Comissarius antedict ad specialem rogatum dcorum constituen Sigillum officij nri ptibus apponi fecimus Dat Tertio die mensis Martij Anno Dni iuxta &c Millimo sexcentesimo tricesimo nono.

Guilielmus providentia dia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Universis et singulis Clericis et Laicis quibuscunque per Provinciam nram Cantuar ubilibet constitutis Salutem Cum vacante nuper sede Epali Landaven per mortem naturalem reverendi in xpo pris et dni dni Guilielmi Murrey ultimi Episcopi et pastoris ibm Archinus et Capitulum Ecclie Cathis Landaven pred pro electione novi et futuri Epi Licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta celebrand certum terminum prefixerint et assignaverint et in huiusmodi electionis negotio termino ad id statuto et assignato rite procedentes venerabilem virum Morganum Owens sacre Theologie professorem in eorum et dicte Ecclie Cathlis Landaven Epum et pastorem elegerint Cumque serenissimus in xpo Princeps et dnus nr dnus Carolus dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibnie Rex fidei defensor preadict peticonem humilem, eorundem Archini et Capli eidem electioni de persona prenominati venlis viri dni Elect fact et celebrat Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout per lras suas patentes sub sigillo magno Anglie sigillat nobis significaverit, Mandando quatenus electionem predict et personam electam confirmare iuxta tenorem statuti in ea parte editi et provisi velimus, cum omni celeritate accomoda prout per easdem lras patentes Regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet Nos vero volentes eiusdem dni nri Regis mandatis pro officij nri debito parere, ac in huiusmodi confirmaconis negotio iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigen procedere Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dcam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint ad diem, hor et locum et effectum infrascript evocand et citand fore decrevimus iustitia mediante Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie publiceque alta et intelligibili voce infra Ecclesiam parochialem beate Marie Virginis de Arcubus London decanatus de Arcubus Lond nri et ecclie nre Cathlis et Metropolitice xpi Cant iurisdictionis immediate necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra eand Ecclesiam parochialem vel in aliis locis publicis ubi videbitur expedient omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie aliquin in genere qui contra dcam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nro in spualibus generali et Offili principali vel Comissarijs nris aut eorum aliquo in hac parte in quocunque in Ecclia parochiali beate Marie Virginis de Arcubus London predict die Martis Vicesimo quarto viz die mensis Martij instantis inter horas secundam et quartam post meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequen et loci (si opus fuerit) in ea parte facien contra dcam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dictur excepturi vel opposituri Ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dci negotij qualitas et natura de se exigant et requirant Intimantes preterea modo et forma prescriptis omnibus et singulis sic oppositoribus (si qui sint) in specie aliquin in genere quibus nos etiam tenore presentium sic intimamus quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis aut Vicario nro in spualibus generali vel Comissarijs predict comparuerint et contra dcam electionem formam eiusdem aut personam huiusmodi dicere, excipere vel opponere voluerint sive non Nos nihilominus in dco confirmationis negotio iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigen procedere intendimus seu sic procedere intendit Vicarius nr in spualibus generalis vel Comissarius predict ipsorum sic citatorum et non comparen absentia sive contumacia in aliquo non obstan. Et quid in premissis feceritis nos aut Vicarium nrum in spualibus generalem antedictum vel Comissarium huiusmodi debite et autentice certificetis seu sic certificet ille vestrum qui pns nrum mandatum fuerit executus harum presentibus Dat Vicesimo die mensis Martij Anno dni Millesimo Sexcentesimo tricesimo nono iuxta &c et nre Transl Anno septimo.

Reverendissimo in xpo patri et dno dno Guilielmo providentia divina Cant Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano vestroque Vicario in spualibus generali et Offili principali aut Comissario cuicunque in hac parte spiale deputato Vester humilis et devotus Johannes Holt generosus Apparitor vester generalis legitime deputatus omnimodam reverentiam et obediam tanto Reverendissimo patri debit et condignam cum honore Mandatum vrum Reverendissimum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequend Cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere qui contra retronominatam electionem formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint tam per affixionem eiusdem mandati vri in valvis exterioribus Ecclie parochialis beate Marie virginis de Arcubus London retroscript et ibm aliquamdiu dimiss quam per publicatonem eiusdem in ecclesia parochiali predict' die Lune vicesimo tertio die instantis mensis Martii peremptorie citari Quod compareant et eorum quilibet compareat coram vobis die hora et loco in huiusmodi vestro Reverendissimo mandato contentis et specificatis contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi excepturi et opposituri [illegible] facturi et recepturi quod tenor et effectus istius vestri mandati Reverendissimi de se exigunt et requirunt Et preterea dictis die hora et loco auditis Oppositoribus sic (ut prefertur) citatis intimari Quod sive ipsi dictis die hora et loco comparuerint et quae impetrata fuerint fecerint sive non, Nos aut nihilominus aut Commissarius vel auctoritas in huiusmodi confirmationis negotio iuxta iuris et statutorum huius regni Angliae exigentiam procedemus seu procedet ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante Et sic ego Apparitor [illegible] vestrum Reverendissimum certificavi huiusmodi quantum in me fuit debite et [illegible] In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri Decani sive Domini Decanatus de [illegible] et Croydon presentibus apponi procuravi Et nos Decanus sive Dominus antedictus ad specialem rogatum dicti Certificantis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apponi fecimus Dat vicesimo quarto die mensis Martii Anno Domini Stilo Angliae Millesimo Sexcentesimo tricesimo nono.

In Dei nomine Amen

Nos Johannes Lambe miles legum doctor almae Curiae Cant. de Arcubus London Officialis principalis legitime constitutus necnon Reverendissimi in Christo patris et domini domini Gulielmi providentia divina Cant. Archiepiscopi totius Angliae Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios ad infrascripta cum et divisim specialiter et legitime deputatus et constitutus in negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri Morgani Owen sacrae theologiae professoris in Episcopum et pastorem ecclesiae Cathedralis Landaven electi facta et celebrata rite et legitime procedentes omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos excepturos vel opposituros alias legitime et peremptorie citatos et saepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis Landaven predict' pronunciamus contumaces et in poenam contumaciarum suarum huiusmodi cit' et eorum cuilibet viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam huiusmodi cit' et eorum cuilibet precludimus in his scriptis Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore iuxta iuris et Statutorum huius regni Angliae exigentiam ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante.

Lecta fuit huiusmodi schedula per prefatum venerabilem virum Dominum Johannem Lambe militem die hora et loco in Actis memoratis etc.

In Dei nomine Amen

Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et Domino Domino Gulielmo providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Angliae Primate et Metropolitano ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius regni Angliae mediantibus literis Commissionalibus patentibus Serenissimi in Christo Principis et domini nostri domini Caroli dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris etc. sufficienter et legitime fulcito Necnon vicario in spiritualibus generali et Officiali principali legitime constituto aut Commissariis vestris quibuscunque in hac parte specialiter deputatis Procurator aliorumque quorumcunque pro parte venerabilium virorum Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis Landaven dicit allegat et in hiis scriptis ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem per viam summariae petitionis in iure proponit articulatim prout sequitur.

Inprimis quod Sedes Episcopalis Landaven per obitum bonae memoriae Domini Willelmi Murray ultimi Episcopi et pastoris ibidem nuper vacare coepit et aliquamdiu vacavit ac pastorisque solatio destituta extitit et existit in presenti Neque fuit et est verum publicum notorium 1.

manifestum pariter et famosum Et ponit coniunctim et divisim ac de quolibet.

2 Item quod dicta sede Epali Landaven dudum (ut praefertur) vacante Archinus et Capitulum Ecclie Cathlis Landaven praed Capitulariter congregati et Capitulum facientes (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) certum diem et domum suam Capitularem Ecclie Cathlis praed pro electione futuri Episcopi Landaven facienda et celebranda unanimiter et concorditer praefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem Ecclie Cathlis Canonicos et Prebendarios ius, vocem aut interesse in eadem electione habentes seu habere praetendentes, ad diem et locum praed in huiusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt Hocque fuit et est verum publicum, notorium, manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

3 Item quod praefati Archinus et Captlum die et loco praefixis viz duodecimo die mensis Martij Anno Dni Millimo sexcentimo tricesimo nono iuxta ~~ex~~ capitulariter congregati et Capitulum facientes (servatis per eos de iure et statutis huius regni Angliae in ea parte servandis, habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea eligenda in Epum et Pastorem Ecclie Cathlis Landaven praed tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem et egregium virum Morganum Owens sacrae theologiae professorem in verum et dictae Ecclie Cathlis Landaven Epum et pastorem elegerunt et Ecclie memoratae de eodem providerunt Et ponit ut supra.

4. Item quod electio huiusmodi et persona electa die praed in Ecclia Cathli Landaven praed coram clero et populo tunc et ibidem in numero copioso congregatis debite publicatae et declaratae fuerunt Et ponit ut supra.

5. Item quod dictus dnus electus huiusmodi electioni de persona sua in Epum et pastorem Ecclie Cathlis Landaven praed (ut praefertur) factae et celebratae ad humilem petitionem eorundem Archini et Captli debitis loco et tempore consentiebat ac consensum suum eidem praebuit in scriptis per eum lectis Et ponit ut supra.

6. Item quod dictus venerabilis et egregius vir Morganus Owens dnus electus fuit et est vir providus et discretus, sacrarum literarum eminenti scientia vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus atque in aetate legitima et ordine sacerdotali constitutus, necnon Deo devotus et Ecclie memoratae apprime necessarius Hocque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

7 Item quod praefati Archinus et Captlum huiusmodi electionem et personam electam Serenissimo Dno nostro Carolo Regi per literas suas patentes sigillo eorum communi sive Captlari roboratas prout officij sui debito iuxta formam Statuti huius regni Angliae in ea parte editi et provisi significarunt et intimarunt Et ponit ut supra.

8 Item quod intimato ex parte dictorum Archini et Captli eidem Regiae sublimitati processu electionis huiusmodi idem Serenissimus Dnus noster Rex pro sua clementia Regia electioni praed de persona praenominati venerabilis viri Morgani Owens (ut praefertur) factae et celebratae consensum et assensum suos regios et gratiose adhibuit et adhibet, Illamque ratam et gratam habuit et habet Hocque fuit et est verum, publicum, notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

9 Item quod Serenissimus Dnus noster Rex vobis praefato Reverendissimo patri de consensu et assensu suis Regijs huiusmodi electioni (ut praefertur) adhibitis per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verumetiam earundem literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit quatenus vos electionem praed et personam electam huiusmodi confirmare et consecrare, Ipsumque insignijs Epalibus insignire et decorare Caeteraque omnia et singula peragere quae vestro in hac parte incumbunt officio pastorali, iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi et literarum patentium huiusmodi seriem velitis cum effectu Hocque fuit et est verum, publicum, notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

10 Item quod praemissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, manifesta pariter et famosa ac de et super eisdem laborarunt et in praesenti laborant publica vox et fama Unde facta fide de iure in hac parte requisita, ad quam faciendam offert pars Archini et Capituli se promptam et paratam pro loco et tempore congruis et opportunis Petitque eadem pars praefatam electionem et personam electam confirmandam, consecrandam et benedicendam fore decerni

et cum effectu confirmari et consecrari iuxta Juris et Statutorum huius Regni Angliæ exigentiam necnon literarum patentium hmoi vobis directarum in hac parte seriem Curamque regimen et administrationem spualium Epatus Landaven pred eid Dno electo committi Ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dci Epatus Landaven Juriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinen suorum universorum inducend et inthronizand fore decerni Ulteriusque fieri statui et decerni in premissis et ea concernen quibuscunque quod Juris fuerit et rationis ac Statutis huius Regni Angliæ consonum suppland defectus quoscunque in hac parte intervenientes Quæ proponit et fieri petit pars ista proponens coniunct et divim non arctans se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superfluæ probationis de qua protestatur, sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis Juris beneficio in omnibus semper salvo vrum Officium Dne Judex audit humiliter implorando.

Reverendissimo in xpo pri ac Dno Dno Gulielmo providentia diva Cant Archiepo totius Angliæ Primati et Metropolitano Vestri humiles Archinus et Capitulum Ecclesiæ Cathis Landaven vræ Cant Provinciæ harum serie notum facimus et significamus Quod receptis Lris Regijs pro electione Epi ad et in Epatum Landaven nuper per mortem ultimi Epi et Incumbentis ibm vacan Nos duodecimo die mensis Martij instantis unanimi consensu et assensu virtute earundem Lrarum in domo nra Caplari capitulariter congregat Reverendum et venerabilem virum Morganum Owens sacræ Theologiæ doctorem virum habilem et idoneum deo devot Dnoque nro Regi et Regno utilem et fidelem in Epum et pastorem ibm elegimus In cuius rei testimonium Sigillum nrum commune pntibus apponi fecimus Dat in domo nra Capitulari duodecimo die mensis Martij Anno Domini iuxta Computationem Ecclesiæ Anglicanæ Millimo Sexcentmo Tricesimo nono.

Reverendo et venerabili viro Morgano Owens sacræ theologiæ drori Vri humiles et am Confratres Ecclesiæ Cathis Landaven Archinus et Capitulum eiusdem Ecclesiæ in domo nra Capitulari Capitulariter congregat Salutem gratiam et benedictionem, Harum serie vobis significamus Quod virtute Lrarum Dni Regis de Conge-deslier nobis direct, Nos unanimi assensu et consensu in domo nra Capitulari pred duodecimo die mensis Martij instantis ad et in sedem Epalem Landaven iam per mortem ultimi Epi et Incumbentis ibm vacan personam vram in Epum et Pastorem Ecclesiæ nræ Landaven pred elegimus In cuius rei Testimonium Sigillum nrum commune pntibus apponi fecimus Dat in domo nostra Caplari duodecimo die mensis Martij Anno Dni iuxta Computationem Ecclesiæ Anglicanæ Millimo Sexcentmo Tricesimo nono.

In Dei nomine Amen per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum Quod die Sabbathi quarto vizt die mensis Decembris Anno Dni Millimo sexcentmo quadragesimo primo Regnique Serenissimi in xpo principis et dni nri dni Caroli dei gra Anglie Scotie Francie et Hibnie Regis fidei defensoris &c Anno decimo septimo In domo mansionali venerabilis et reverendi viri Decani Ecclie Collegiate beati Petri Westmr in com Midd vocat scita et situat ac inter horas nonam et decimam ante meridiem eiusd diei In presentia mei Caroli Wade notarij publici et testium inferius nominatorum presentium Constitutus personaliter venerabilis vir Robertus Newell Sacre Theologie professor et discretus vir magr Thomas Terrett notarius publicus alterque Curie Cant de Arcubus London procurator qualium vero exhibuer procuratorium suum legitime pro venerabilibus viris decano et Capitulo Ecclie Cathed et Metropolitane beati Petri Eboracen sigillo eorum communi (ut apparuit) sub cera flava sigillatum cum inter alios tenor et dictum factum et fecerunt se partes pro eisd ac nomine procurio coniunctim Decani et Capituli presentarunt Reverendo in xpo patri dno Johanni Lincoln Epo tunc et ibm personaliter presenti quasdam literas Testimoniales sive certificatorias sigillo communi eorund Decani et Capituli (ut apparuit) sub cera flava etiam sigillatas de et super electione dci Reverendi patris in Archiepum et Pastorem Ecclie Cathedralis et Metropolitane beati Petri Eboracen prout facta et celebrata eundemque Reverendum patrem instanter instantius et instantissime rogarunt et requisiverunt quatenus eidem electioni de ipso et eius persona (ut prefertur) facte et celebrate consentire ac consensum et assensum suos eid prebere dignaretur Qui quidem Reverendus pater Dominus auditis sic requisitus et interpellatus primo et ante omnia summas gratias agens Deo optimo maximo bonorum omnium largitori Cuius gratia et providentia ad tam eminentem in ecclia Christi locum et insignem honoris gradum vocatus sit Deinde Serenissimo Dno nro Regi qui ipsum dcis Decano et Capitulo commendare dignatus fuerit Postremo eisd Decano et Capitulo qui eum tam gratis animis unanimiter eligendo licet se (ut asseruit) indignum indicarunt Tamen ne ipse divine voluntati et dci Dni nri Regis beneplacito minime obtemperare videretur, Deum Altissimi precatus ut suo sancto Spiritu et gratia speciali illi in eisdem adesse vellit ad illustrand nominis sui gloriam et Ecclie utilitatem procurand electioni pred de ipso et eius persona (ut premittitur) facta et celebrata consentiebat in scriptis per eum lectis tenorem sequentem de verbo verbum in se complecten vizt In Dei nomine Amen Ego Johannes Williams providentia dia Lincoln Epus in Archiepum et Pastorem Ecclie Cathed et Metropolitane beati Petri Eborum per venerabiles viros Decanum et Capitulum eiusd Ecclie rite et libere nominatus et electus ad consensum huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte fcm et celebrate ex parte et per partem dcorum venerabilium virorum Decani et Capituli Ecclie pred sub eorum sigillo communi seu Capitulari instanter rogatus et requisitus nullomodo propriis meritis sed sola dei clementia fretus electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut premittitur) facte et celebrate ad honorem dei omnipotentis patris filij et Spiritus sancti consentio eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in hijs scriptis Super quibus omnibus et singulis præmissis tam dictus Reverendus Pater dominus electus quam memorati venerabilis vir Robertus Newell et magister Thomas Reeves procurator antedictus me notarium publicum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogarunt et requisiverunt Acta fuerunt hæc omnia et singula præmissa prout suprascribuntur et recitantur sub Annis Domini Regnique Regiæ Maiestatis mense die et loco prædictis præsentibus tunc et ibidem venerabili viro magistro Edwardo Lake legum doctore Thoma Linsted et Johanne Williams generosis testibus ad præmissa videnda audiendum et testificandum vocatis specialiter et requisitis.

Et ego Carolus Wade Roffensis diocesis natus publicus suprema Regia auctoritate notarius Quia præmissis omnibus et singulis dum sic (ut præmittitur) sub Annis Domini Regnique Regiæ Maiestatis mense, die et loco prædictis agebantur et fiebant unacum prænominatis testibus præsens personaliter interfui Eaque omnia et singula sub modo et forma prænotatis fieri, geri et expediri vidi, scivi et audivi atque in notam sumpsi Ideo hoc præsens publicum Instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam et autenticam formam redegi Signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi meque hic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum præmissorum ad id rogatus et specialiter requisitus.

I John Williams by Gods providence Bishopp of Lincoln elected Archbishopp of the See of Yorke doe testifie and declare in my conscience that the kinge Highnesse is the onely supreame Governour of this Realme and of all other his highnesse Dominions and Countryes as well in all spirituall or ecclesiasticall things or causes as temporall And that noe forraigne Prince, Person, Prelate State or Potentate hath or ought to have any Jurisdiction, power, superiority, preheminence or authority ecclesiasticall or spirituall within this Realme And therefore I doe utterly renounce and forsake all forraigne Jurisdictions powers superiorities and authorities and doe promise that from hencefourth I shall beare faith and true allegiance to the Kings highnes his heires and lawfull Successors, and to my power shall assist and defend all Jurisdictions, priviledges, preheminences and authorities granted or belonging to the kings highnesse his heires and Successors or united and annexed to the Imperiall Crowne of this Realme Soe helpe me God and the contents of this Booke.

I John Williams by Gods providence Bishopp of Lincoln elected Archbishopp of the See of Yorke doe sweare That I have made noe Symoniacall payment, contract or promise directly or indirectly by my selfe or by any other to my knowledge or with my consent to any person or persons whatsoever for or concerning the procuring or obtayning of the Archbishopricke of Yorke, nor will at any time hereafter performe or satisfie any such kind of payment, contract or promise made by any other without my knowledge or consent Soe helpe me God through Jesus Christ.

In Dei nomine Amen Nos Thomas Dunelmensis Gualterus Winton Godfridus Gloucestrensis et Johannes Roffensis providentia divina respective Episcopi auctoritate Parliamenti Angliæ mediantibus literis Commissionalibus patentibus excellentissimi in Christo principis et domini nostri domini Caroli Dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regis fidei defensoris etc. Commissarii ad infrascripta sufficienter et legitime fulti in negotio Confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris domini Johannis Williams providentia divina Lincolniensis Episcopi in Archiepiscopum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis et Metropoliticæ beati Petri Eboracensis electi factæ et celebratæ rite et legitime procedentes omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hoc et loco (si sua putaverint interesse) contra dcam electionem formam eius aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos, excepturos vel opposituros ac ltime et peremptorie citatos saepius publice praeconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dcam electionem formam eius aut personam electam hmoi aliquid dicentes excipientes vel opponentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclie Cathlis et Metropoliticae beati Petri Eboracen pronuntiamus contumaces et in poenam contumaciarum suarum hmoi decernimus procedend fore ad prolationem sententiae nrae diffinitivae sive nri finalis decreti in hmoi negotio ferend ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan.

Lecta fuit hmoi schedula per magrum Thomam Cooke procuratorem &c de mandato et assensu dcorum Reverendorum patrum die, hora et loco in Actis mentionat &c.

In Dei nomine Amen Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Thomam Dunelm, Gualterum Winton, Godfridum Gloucestrensem et Johannem Roffen providentia divina respective Episcopos auctoritate Parliamenti Angliae mediantibus Lris Comissionalibus Patentibus illustrissimi in xpo principis et dni nri dni Caroli Dei gratia Angliae, Scotiae, Franciae et Hibniae Regis fidei defensoris &c Comissarios ad infrascripta sufficienter et ltime fulcitos Meritis et circumstantijs negotij Confirmationis electionis de persona Reverendi in xpo pris ac dni dni Johannis providen dia Lincoln Epi in Archiepum et Pastorem Ecclie Cathlis et Metropoliticae beati Petri Eborum per mortem naturalem ultimi Archiepi ibidem iam vacantis electi, factae et celebratae Quod negotium coram nobis aliquandiu vertebatur et in praesenti vertitur et pendet indecisum Rimatoque primitus per nos praefatos Thomam Dunelm, Gualterum Winton, Godfridum Gloucestren et Johannem Roffen respective Epos antedcos toto et integro processu coram nobis in dco negotio habito et facto atque diligenter recensito Servatisque per Nos de iure et Statutis huius regni Angliae servandis ad nri decreti finalis sive snia diffinitivae hmoi in negotio Confirmationis ferend prolationem sic duximus procedend fore et procedimus in hunc qui sequitur modum Quia per acta inactitata, exhibita, deducta et probata coram nobis in dco Confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus Electionem ipsam per Decanum et Capitulum Ecclie Cathlis et Metropoliticae beati Petri Eborum praed de praefato Reverendo patre Domino Johanne Williams Episcopo electo hmoi viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato Libero et de ltimo matrimonio procreato atque in aetate ltima et ordine sacerdotali constituto rite et ltime fuisse et esse factam et celebratam nihilque eidem Reverendo pri electo hmoi de canonicis institutis obviasse seu obviare quominus in Archiepum Eborum auctoritate dci illustrissimi dni nri Regis merito debeat confirmari **IDCIRCO** Nos Thomas Dunelm, Gualterus Winton, Godfridus Gloucestren et Johannes Roffen Episcopi antedci attentis praemissis et alijs virtutum meritis super quibus Reverendus Pater dnus electus fidedigno commendatur testimonio Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum Deum oculis nris praeponentes et habentes de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus Electionem praed de persona praefati Reverendi pris factam et celebratam auctoritate dci Domini nostri Regis nobis (ut praefertur) comissa confirmamus Defectusque quoscunque in dco negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de iure possumus supplentes et supplemus Necnon Curam, regimen et administrationem Spualium dci Archiepatus Eborum eidem Reverendissimo dno electo et confirmato committimus ac ipsum in realem, actualem et corporalem possessionem dci Archiepatus Eborum Iuriumque dignitatum, honorum, praeeminentiarum et pertinen suorum universorum inducend et inthronizand fore per Decanum et Capitulum Ecclie Cathlis et Metropoliticae beati Petri Eborum praed seu eorum vicesgeren vel Deputatum aut Archidiaconum Eboracen vel quemcunque alium ad quem de more antiquo aut laudabili consuetudine ipsius Ecclie inductio et inthronizatio pertinere dignoscuntur iuxta morem et consuetudinem Ecclie praed (legibus et statutis huius regni Angliae non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus.

in hijs scriptis.

Lecta fuit hmoi sententia per praefatum Reverendum prem dnum Walterum Winton Epum cum consensu Collegarum suorum prod die Sabbathi quarto viz die mensis Decembris Anno Dni Millimo sexcentimo Quadragesimo primo In Capella Regis Henrici septimi ad finem Orientalem Ecclesiae Collegiatae beati Petri Westm. in com Midd ad petitionem magri Thomae Secret procuratoris Decani et Capli Ecclie Cathed et Metropoln beati Petri Eborum &c presentibus tunc et ibm testibus in Acts mentionat &c.

Thomas Dunelm, Walterus Winton, Godfridus Gloucestren et Johannes Roffen providentia divina respective Episcopi auctoritate Parliamenti Angliae (mediantibus Lris Commissionalibus Patentibus serenissimi in xpo principis et dni nri domini Caroli dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris &c nobis inscriptis et directis) Commissionarij ad infrascripta sufficienter et legitime fulcit Venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclie Cathed et Metropoln beati Petri Eborum seu eorum Vicesgerenti vel deputato aut Archno Eborum vel alij cuicunque ad quem de more antiquo et laudabili consuetudine ipsius ecclie inductio et inthronizatio pertinere dignoscuntur Salutem Cum vacante nuper sede Archiepali Eborum per mortem naturalem dni Richardi Neale vltimi Archiepi ibidem Vestri Decanus et Capitulum Ecclie Cathlis et Metropoln beati Petri Eborum prod (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) Reverendum in xpo Patrem et dnum dnum Johannem Williams nuper Lincoln Epum in eorum et dcae Ecclie Cathlis et Metropoln beati Petri Eborum Archiepum et pastorem elegerint Nosque auctoritate Literarum Commissionalium patentium dni serenissimi dni nri Regis nobis (vt prefertur) in hac parte direct Electionem predictam de persona dni Reverendi patris (vt premittitur) factam et celebratam ac personam sic electam (servatis de iure et statutis huius Regni Angliae in ea parte servandis) confirmaverimus Eique Reverendo patri sic electo et confirmato Curam, regimen et administrationem spiritualium dci Archiepatus Eborum commiserimus Ipsumque Reverendum prem seu procuratorem suum legitimum suis nomine ac pro eo in realem, actualem et corporalem possessionem dci Archiepatus Eborum Iuriumque dignitatum, honorum, preheminentiarum et pertinen suorum vniversorum inducend installand et inthronizand fore decreverimus iustitia mediante Vobis igitur coniunctim et divisim et cuilibet vrum ad quem executio premissorum pertinet ad inducend prenominatum Reverendum Prem seu Procuratorem suum legitimum suis nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem eiusdem Archiepatus Eborum Iuriumque dignitatum, honorum, preheminen et pertinen suorum vniversorum Eundemque Reverendum prem seu procuratorem suum legitimum suis nomine ac pro eo in plenitudine Sedis Archiepalis installand et inthronizand Ceteraque omnia et singula alia faciend, exercend et expediend quae in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet requisita vires nras quantum in nobis est committimus et plenam tenore presentium concedimus potestatem Rogantes vt totum id quod in premissis feceritis aut vrum aliquis fecerit (dco Inductionis et inthronizationis negotio expedito) nobis pro loco et tempore congruis et opportunis, sicut ad id fueritis requisiti debite significare velitis seu sic significet Ille vrum qui presens nrum mandatum fuerit executus In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte vtimur) presentibus apponi fecimus Dat sexto die mensis Decembris Anno Dni Millimo sexcentimo quadragesimo primo./

Universis et singulis Christi fidelibus ad quos Lrae testimoniales sive hoc presens publicum Sententiae sive Decreti Instrumentum pervenerit aut quos infrascripta tangunt seu tangere poterint quomodolibet in futuro Thomas Dunelm, Walterus Winton, Godfridus Gloucestren et Johannes Roffen providentia divina respective Episcopi auctoritate Parliamenti Angliae (mediant Lris Commissionalibus Patentibus serenissimi in xpo principis et dni nri dni Caroli dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris &c nobis in hac parte inscriptis et directis Commissionarij ad infrascripta sufficienter et ltime deputati et constituti Salutem in dno sempiternam ac fidem indubiam pntibus adhiberi Ad Universitatis vræ notitiam deducimus et deduci volumus per pntes Quod Anno Dni Millimo sexcentesimo quadragesimo primo Regniqz dni serenissimi in xpo principis et Dni nri Dni Caroli dei gra Angliæ Scotiæ ffranciæ et Hibniæ Regis fidei defensoris &c Anno decimo Septimo Mensis vero decembris die quarto In Capella Regis Henrici septimi ad finem orientalem Ecclesiæ Collegiatæ beati Petri Westm. in com Midd notorie scit et situat. Nos Commissionarij antedicti Judicialiter et pro Tribunali seden In quadam Causa sive negotio confirmationis electionis de persona Reverendi in xpo pris et venlis Confratris nri Dni Johannis Williams providen divina Lincoln Epi in Archiepum et Pastorem Ecclie Cathis et Metropoltæ beati Petri Eborum electi factæ et celebratæ quæ coram nobis in iudicio aliquandiu vertebatur et pendebat indecis rite et ltime proceden post maturam et diligentem dcæ causæ cognitionem et examinatonem per nos (servatis de iure in hac parte servandis) Sententiam nram diffinitivam sive nrum finale decretum in dco confirmatonis negotio ad petitonem partis decani et Capli Ecclie Cathis et Metropoltæ beati Petri Eborum præt in pntia dci dni Episcopi tulimus et promulgavimus sub eo qui sequitur verborum tenore: In Dei nomine Amen &c In quorum omnium et singulorum pmissorum fidem et testimonium has pntes lras nras testiles verum tenorem sententiæ sive decreti nri Confirmatonis præt in se continen inde fieri ac Sigillo (quo in hac parte utimur) appensone communiri mandavimus et fecimus Dat die, mense et Anno prædicts.

Acta habita et facta

in negotio Confirmationis Electionis de persona venerabilis et Reverendi viri Johannis Prideaux sacræ Theologiæ professoris in Episcopum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis Christi et beatæ Mariæ Virginis Wigorn electi die Sabbathi decimo octavo viz[elicet] die mensis Decembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Primo Regniq[ue] Serenissimi in Christo Principis et domini nostri domini Caroli Dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regis fidei Defensoris etc. Anno decimo septimo In Capella Regis Henrici Septimi ad finem orientalem Ecclesiæ Collegiatæ divi Petri Westmonasteriensis in Comitatu Midd[lesexiæ] inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei coram venerabili viro Thoma Rives legum doctore Advocato Regio necnon Reverendissimi in Christo patris et domini domini Gulielmi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Angliæ Primatis et Metropolitani Commissario inter alios ad infrascripta rite et legitime sufficienter deputato et constituto In presentia mei Caroli Wade notarii publici etc.

Dictis die et loco atq[ue] inter horas predictas Presentatis coram prefato venerabili viro Thoma Rives legum doctore ac Commissario et iudicialiter et pro Tribunali sedente Literis Patentibus Regiis ac necnon Literis Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eidem venerabili viro et aliis concessis et directis in hac parte factis eisdemq[ue] de mandato dicti venerabilis viri per me Notarium publicum antedictum publice lectis Idem venerabilis vir Thomas Rives ob honorem et reverentiam dicti domini nostri Regis et memorati Reverendissimi patris acceptavit in se onus executionis dictarum literarum patentium et Commissionalium et decrevit procedendum fore iuxta tenorem, vim, formam et effectum earundem Deinde producta et dimissa coram eo sufficienti licentia pro Confirmatione huiusmodi in hoc loco a venerabili viro Thoma Eden legum doctore Commissario exemptæ Jurisdictionis Decani et Capituli Ecclesiæ Collegiatæ divi Petri Westm[onasteriensis] prius obtenta, Comparuerunt personaliter Magister Thomas Eyres notarius publicus alterq[ue] Curiæ Cant[uariensis] de Arcubus London procuratorum generalium unus, Johannes Reignoldes generosus et Gregorius Martin notarius publicus et exhibuerunt procuratorium suum pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Christi et beatæ Mariæ Virginis Wigorn Sigillo eorum communi (ut apparuit) sub cera rubea sigillat[um] et fecerunt se partes pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem presentarunt eidem venerabili viro Thomæ Rives venerabilem et Reverendum virum Johannem Prideaux sacræ Theologiæ professorem in Episcopum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis Christi et beatæ Mariæ Virginis Wigorn predict[um] electum et ipsum e regione confirmantis sistebant Et tunc dicti procuratores exhibuerunt mandatum originale citatorium contra oppositores in huiusmodi negotio emanatum una cum Certificatorio in dorso super executione eiusdem et petierunt omnes et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari Quibus tunc et ibidem publice trina vice preconizat[is] et nullo modo comparentibus etc. Prefati Magistri Eyres, Reignoldes et Martin accusarunt contumacias omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) ad hos diem horam et locum citat[orum] et intimat[orum] ac modo premisso preconizat[orum] et nullo modo comparentium nec aliquid in hac parte dicere, excipere vel opponere curantium et petierunt eos reputari contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi in huiusmodi causa sive negotio eis et eorum cuilibet precludi etc. Ad quorum petitionem dictus venerabilis vir Thomas Rives pronuntiavit eos omnes et singulos sic citatos, intimatos preconizatos et nullo modo comparentes nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere curantes contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam eis et eorum cuilibet preclusit Necnon ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore decrevit ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in schedula per eum tunc lecta continetur Quibus sic gestis prefati procuratores in penam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium dederunt summariam petitionem in scriptis quam petierunt admitti etc. Qua quidem summaria petitione per dominum recepta et considerata ac de eius mandato per me prefatum notarium publicum perlecta Idem venerabilis vir admisit dictam summariam petitionem quatenus de iure etc. et decrevit procedendum fore summarie et de plano etc. et assignavit dictis procuratoribus terminum ad probandum eandem summariam petitionem ad statim Et tunc dicti procuratores in subsidium probationis contentorum in dca sumaria petitione exhibuerunt lras patent Regias de assensu suo Regio superius mentionat per quas apparuit memoratos decanum et Capitulum Ecclie Cathlis Wigorn praed praenominatum venlem et reverendum virum Johannem Prideaux in eorum et dcae Ecclie Cathlis Wigorn Epum et pastorem elegisse, Regiamqz Matem eidem electioni assensum suum Regium adhibuisse. Exhibuerunt etiam bina Certificatoria unum eorum direct Revmo in xpo patri dno Archiepo Cantuar alterumqz dno electo hmoi de et super electione sua in Epum et Pastorem Ecclie Cathlis Wigorn praed sigillo communi eorundem decani et Capli (ut apparuit) sub cera rubea sigillat Ac etiam Instrumentum publicum super consensu praefati dni Electi eidem electioni adhibito et allegarunt omnia et singula in dcis respective exhibitis contenta fuisse et esse vera ac habita etc. ac ita prout in eisdem respective continentur petendo terminum sibi assignari ad audiend sententiam sive finale decretum in hac causa Ad quorum petitionem dcus venlis vir Thomas Rives in poenam etc assignavit ad audiend sententiam ad statim Consequenter vero facta alia publica trina vice praeconizatione omnium et singulorum Oppositorum hmoi sic (ut praefertur) citat et intimat etc et nullo modo comparentium nec aliquid in hac parte opponentium curan dcus venlis vir Thomas Rives ad petitionem dcorum procuratorum ut supra accusan eorum contumacias et petentium etc pronuntiavit eos et eorum quemlibet contumaces et in poenam contumaciarum suarum hmoi ad petitionem dcorum procuratorum decrevit procedend fore ad prolationem sententiae diffinitivae in hmoi causa sive negotio Confirmationis ferend ipsorum sic citatorum etc et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan prout in alia schedula per eundem venlem virum Thomam Rives lecta continetur Hijs expeditis praestito Juramento per praefatum venlem et reverendum virum electum antedictum ad sca dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata tam de agnoscend Regiam supremam ptatem in causis ecclicis et temporalibus ac de renuntiand refutando et recusando omni et omnimodae Jurisdictioni ptati, auctati et superioritati forancis iuxta vim, formam et effectum statuti Parliamenti huius inclyti Regni Angliae in ea parte editi et provisi Necnon de vera et Canonica obia praenominato Revmo in xpo pri et dno dno Guilielmo Archiepo Cantuar ac Ecclie Cathi et Metropoliticae Christi Cant et Successoribus suis quam de Symonia non commissa pro vel de procuratione sive acquisitione Epatus Wigorn praed iuxta Canonem in ea parte editum Praefatus venlis vir Thomas Rives ad petitionem praefatorum procuratorum porrigen sententiam et petentium eandem ferri et iustitiam fieri pro parte sua legit tulit et promulgavit sententiam sive finale decretum in dicto Confirmationis negotio in scriptis concept pronuntiando decernendo declarando confirmando supplendo caeteraqz faciendo prout in eadem sententia continetur Super quibus omnibus et singulis tam dcus dnus Electus quam memorati magri Tetie Reignolds et Marten procuratores decani et Capli praed me notarium publicum antedictum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes inferius noiatos testimonium inde perhibere instanter rogarunt et requisiverunt Postremo vero dcus venlis vir Thomas Rives tam ad petitionem dci venlis et reverendi viri dni electi et confirmati quam memoratorum procuratorum decani et Capli praed decrevit eis lras testimoniales super omnibus et singulis praemissis sub modo et forma superius specificatis gestis et expeditis fieri et expediri Praesentibus tunc et ibm dno Thoma Reynell milite Arthuro Ducknold notario publico Richardo Parr in Artibus magro et Howard lrato ac alijs testibus etc.

Tenores vero tam lrarum patent Regiae Maiestatis quam totius processus in dco Confirmationis negotio habit et fact ac superius mentionat sequuntur et sunt tales vizt.

Carolus dei gratia Angliae Scotiae ffranciae et Hiberniae Rex fidei defensor etc. Reverendissimo in xpo patri ac praedilecto et perquam fideli Consiliario nro dno Guilielmo providentia divina Cantuar Archiepo totius Angliae Primati et Metropolitano ac alijs Epis infra Regnum nrum Angliae quibuscunqz quorum in hac parte interest Salutem Cum Sedes Epalis Wigorn per mortem naturalem ultimi Epi ibm nuper vacavit ad humilem petitionem decani et Capli Ecclie Cathlis xpi et beatae Mariae Virginis Wigorn praed per lras nras Patentes licentiam illis concessimus alium sibi eligend in Epum et Pastorem Sedis praed Iidem Decanus et Capitulum vigore et obtentu licentiae nrae praed dilectum nobis in xpo Johannem Prideaux sacrae Theologiae doctorem sibi et Ecclie p'rat elegerunt in Epum et Pastorem prout per l'ras suas sigillo eorum communi sigillat nobis inde direct' plenius liquet et apparet Nos electionem illam acceptantes eidem electioni Regium assensum n'rum adhibuimus pariter et favorem Et hoc vobis tenore p'ntium significamus Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipien' mandantes quatenus vos eundem Johannem Prideaux in Epum et Pastorem Eccl'ie Cathis xpi et b'te Mariae Virginis Wigorn sic (ut praefertur) electum Electionemq' p'rat confirmare et eundem Johannem Prideaux Epum et Pastorem Eccl'ie p'rat consecrare Caeteraq' omnia et singula facere peragere et implere que vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali iuxta formam legum et Statutorum Regni n'ri Angliae in hac parte edit et provis' velitis cum diligentia favore et effectu In cuius rei Testimonium has l'ras n'ras fieri fecimus Patentes Teste meipso apud Westm' Tricesimo die Novembris Anno Regni n'ri Decimo septimo.

Guilielmus providentia divina Cantuar Archiepus totius Angliae Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in xpo venerabili viro Domino Nathanaeli Brent militi et legum doctori Vicario n'ro in sp'ualibus g'nali et Officiali principali aut eo absente vel impedito venerabilibus viris Thome Rives legum doctori Advocato Regio Willimo Sames et Johanni Exton legum respective doctoribus Salutem et gratiam Cum l'ras Patent' Excellentissimi in xpo Principis et d'ni n'ri d'ni Caroli dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hibernie Regis fidei defensoris ex Sigillo suo magno Angliae sigillatas geren' datum apud Westm' Tricesimo die mensis Novembris Anno regni sui foelicissimi decimo septimo recepimus in quibus inter alia nobis preceptum est ut electionem venerabilis et Reverendi viri Johannis Prideaux sacre Theologie doctoris ad Episcopatum Wigorn confirmaremus Nos tum ea qua decuit reverentia volen' mandato Regio in ea parte humiliter satisfacere Ad examinand' igitur discutiend' approband' et confirmand' d'c'am electionem et personam sic electam secundum iuris et Statutorum huius Regni Angliae exigen' ac iuxta tenorem formam et effectum mandati Regii p'rat nobis in ea parte (ut p'fertur) facti et directi quatenus eand' Electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse vobis con'm et div'm constiterit approband' et comproband' defectusq' quoscunq' (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et legitime supplend' Caeteraq' omnia et singula faciend' exequend' et expediend' que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna Nobis con'm et div'm committimus vices n'ras ac plenam in d'no tenore p'ntium concedimus p'tatem Juribus n'ris Archiepalibus Cantuar Caeterisq' emolumentis nobis ac Officiariis et ministris n'ris in hac parte competen' semper salvis et reservatis In cuius rei testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) p'ntibus apponi fecimus Dat decimo septimo die mensis decembris Anno d'ni Millimo Sexcentesimo Quadragesimo primo Et n're Transl' Anno nono.

Reverendissimo in xpo p'ri ac d'no d'no **Guilielmo** providentia divina Cant Archiepo totius Angliae Primati et Metropono seu eius Vicario in sp'ualibus g'nali Vester humilis et devotus Thomas Eden legum doc' venerabilium virorum d'norum Decani et Cap'li Eccl'ie Collegiate S'ci Petri Westm' Com'ius et Offi'lis p'ntibus legitime constitutus eidem Reverentiam tanto Rmo p'ri debit' cum honore Cum ex parte Rme paternitatis v'ra ostensum sit nobis electionem venerabilis viri Johannis Prideaux sacre Theologie professoris ad Epatum Wigorn per R'mam paternitatem v'ram confirmand' fore Cumq' ex certis considerationibus iustis et rationalibus p'ntium sit et desideratum ut d'ca Confirmatio infra eccliam Collegiatam S'ci Petri Westm' fieret et transigeretur quod utiq' per leges et Canones Eccl'ie Anglicane sine sp'iali dispensatione in ea parte obtent' iuste pie et legitime fieri non poterit Ad examinand' igitur discutiend' approband' et confirmand' d'cam electionem et personam sic electam secundum iuris et Statutorum huius Regni Angliae exigen' ac iuxta tenorem formam et effectum mandati Regii Caeteraq' omnia et singula faciend' exequend' et expediend' que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna v're paternitati seu Vicario v'ro in sp'ualibus g'nali seu alii cuicunq' a vobis seu altero v'rum p'tatem et auctoritatem sufficien' in ea parte habent' in Capella Regis Henrici Septimi infra d'cam Eccliam Collegiatam S'ci Petri Westm' quantum in nobis est ac de iure legibus Statutis et Canonibus Eccl'ie Anglicane possumus l'riam facultatem et potestatem sp'ialem tenore p'ntium concedimus In cuius rei testimonium Sigillum nostrum (quo in hac parte utimur) p'ntibus apponi fecimus Dat decimo quinto die mensis decembris Anno d'ni Millimo Sexcentesimo Quadragesimo primo.

Pateat universis per pntes quod Nos Decanus et Capitulum Ecclie Cathis Christi et beate Marie Virginis Wigorn ex unanimi assensu et consensu nris Dilectos nobis in xpo Thomam Lawrence sacre Theologie professorem Stephanum Boughton Artium mrum Thomam Morgan Armigerum Philippum Warwicke etc duos Clericorum privati Sigilli Regii Johannem Reynolds gen Thomam Cooke Johannem Wheeler et Georgium Martin notarios publicos conjunctim et eorum quemlibet per se divisim et in solidum ita quod non sit melior conditio occupantis nec deterior subsequentis sed quod unus eorum inceperit id ipsorum quilibet per se libere prosequi valeat mediari terminari pariter et finire nros veros certos legitimos ac indubitatos procuratores actores factores Syndicos negotiorumque nrorum gestores ac nuntios speciales ad infrascripta omnia et singula nominamus ordinamus facimus et constituimus per pntes Damusque et concedimus eisdem Procuratoribus nris conjunctim et eorum cuilibet per se divisim (ut prefertur) et in solidum potestatem generalem ac mandatum speciale pro nobis ac loco vice et nominibus nris venerabilem et egregium virum Johannem Prideaux sacre Theologie doctorem in dnum Epum ac pastorem pred Ecclie Cathis Christi et beate Marie Virginis Wigorn per Nos nuper electum adeundi ipsumque ex parte nra ad consentiendum electioni de persona sua in ea parte legitime celebrate et facte debita cum instantia petendi ac requirendi necnon Electionem hmoi de persona prefati venerabilis viri dni Johannis Prideaux per Nos sic (ut prefertur) factam Excellentissimo in xpo Principi ac dno nro Carolo Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regi fidei defensori ac dte Ecclie Cathis Patrono intimandi ac notificandi eiusque assensum et consensum Regios in ea parte humiliter implorandi, Instrumentum insuper sive Processum Literasque testificatorias electionis pred ac personam sic (ut prefertur) electam coram quibuscumque personis una vel pluribus regia Authoritate vel alias legitime in hac parte sufficit presentandi et exhibendi, dictumque Instrumentum sive Processum Electionis pred ac personam sic (ut prefertur) electam in debita iuris forma confirmari et approbari Defectusque (siqui forsan in ea parte intervenerint) debite suppleri petend requirend et obtinend agendique ac defendendi ac litem seu lites contestandi et contestari faciend ac videndi articulum sive articulos libellum sive libellos seu quascunque summarias petitiones dandi ac proponendi Testes literas et instrumenta ac alia quecumque probationum genera producend ac exhibend Testesque hmoi iurari videnđ et audiend in causis ac negotiis concludend et concludi videnđ dictumque Confirmationis negotium usque ad finalem eiusdem inclusive expeditionem prosequendi necnon administrationem omnium et singulorum spiritualium ac temporalium dci Epatus Wigorn dict Electo committi ipsumque in realem actualem et corporalem eiusd Epatus possessionem iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum ac pertinentium suorum universorum inducend et inthronizand fore decerni petend requirend et obtinend et generaliter omnia et singula alia faciend exercend exequend et expediendi quae in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna vel requisita etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum Promittimusque Nos ratum gratum ac firmum perpetuo habituros totum et quicquid dci Procuratores conjunctim fecerint seu eorum aliquis divisim per se fecerit in premissis vel aliquo premissorum et in ea parte Cautionem exponimus per pntes In cuius rei Testimonium Sigillum nrum commune pntibus apponi fecimus Dat in domo nra Capitulari apud Wigorn Vicesimo secundo die mensis Novembris Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Primo.

Guilielmus providentia divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Universis et singulis Clericis et literatis quibuscumque per Provinciam nram Cant ubilibet constitutis Salutem Cum vacante nuper sede Epali Wigorn per mortem naturalem Reverendi in xpo patris et dni dni Johannis Thornburgh ultimi Epi et Pastoris ibm Decanus et Capitulum Ecclie Cathis Christi et beate Marie Virginis Wigorn pro electione novi et futuri Epi ibm (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) venerabilem et egregium virum Johannem Prideaux sacre Theologie doctorem in eorum et dte Ecclie Cathis Christi et dte Marie Virginis Wigorn pred Epum et Pastorem elegerint, Cumque Serenissimus in xpo Princeps et dnus noster dnus Carolus Dei gra Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex fidei defensor ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli eidem electioni de persona prenominati venerabilis viri dni Electi facte et celebrate Regium suum assensum adhibuerit pariter et favorem prout per literas suas Patentes Regias magno sigillo suo Anglie sigillatas nobis significavit Mandando quatenus Nos Electionem pred et personam electam confirmare iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi vellemus cum omni celeritate accommoda prout per easdem literas patentes Regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet Nos vero volentes eiusd dni nri Regis mandatis pro Officii nri debito parere ac in hmoi confirmationis negotio iuxta iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam procedere Omnes et

singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam in hac
parte dicere, excipere vel opponere voluerint ad diem horam et locum et effectum infrascript. monendos
et citandos fore decrevimus iustitia mediante Vobis igitur conjunctim et divisim committimus ac firmiter
iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie [illegible]
Ecclesiam parochialem beatae Mariae Virginis de Arcubus London nostre et Ecclesiae nostrae Cathedralis et Metropoliticae
Christi Cant. jurisdictionis immediatae Necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti intra
eandem Ecclesiam parochialem vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens omnes et singulos oppo-
sitores (si qui sint) in specie aliquin in genere qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam
in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint Quod compareant et eorum quilibet com-
pareat coram Nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali vel Commissariis nostris aut
eorum aliquo in hac parte quocunque in Capella Regis Henrici Septimi infra Ecclesiam Collegiatam
divi Petri Westm. die Sabbati decimo octavo viz. die instantis mensis Decembris inter horas nonam et
undecimam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum tunc sequen. et locorum si
oporteat in ea parte facturi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam
(si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi excepturi et oppositur. ulteriusque facturi et recepturi
quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt Intimantes
praeterea modo et forma praecitatis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie aliquin in genere
quibus nos etiam tenore presentium intimamus quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis
aut Vicario nostro in spiritualibus generali vel Commissariis nostris huiusmodi comparuerint et contra dictam electionem
formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint sive non
Nos nihilominus in dicto Confirmationis negotio iuxta iuris et Statutorum huius regni Angliae exigentiam
procedemus et procedere intendimus seu sic procedere intendit Vicarius noster in spiritualibus generalis vel Commissarius
noster praedictus ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et quid
in praemissis feceritis Nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem antedictum vel Commissarium nostrum huiusmodi
debite et authentice certificetis seu sic certificet ille vestrum qui praesens nostrum mandatum fuerit executus.
Dat. decimo quinto die mensis Decembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Primo
Et nostrae Transl. Anno nono.

Reverendissimo in Christo patri et Domino Domino Gulielmo providentia divina Cantuar.
Archiepiscopo totius Angliae Primati et Metropolitano vestrove Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali
aut Commissario vestro cuicunque in hac parte specialiter deputato Vester humilis et devotus Johannes Cres[illegible]
[illegible] vester ad infrascripta Mandatarius legitime constitutus omnimodam reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo
patri debitas et condignas cum honore Mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum nuper cum ea qua
decuit reverentia humiliter recepi exequendo Cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores
(si qui sint) tam in specie quam in genere qui contra retronominatam electionem formam eiusdem aut personam electam
dicere excipere vel opponere voluerint per affixionem eiusdem mandati vestri in valvis ostiorum Ecclesiae parochialis
beatae Mariae Virginis de Arcubus London retroscript. et ibidem aliquamdiu dimiss. die Martis decimo quarto
viz. die instantis mensis Decembris peremptorie citavi Quod compareant et eorum quilibet compareat coram
vobis die hora et loco in huiusmodi vestro retro mandato contentis et specificatis contra dictam electionem formam
eiusdem aut personam electam huiusmodi (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi excepturi et oppositur.
ulteriusque facturi et recepturi quod tenor et effectus eiusdem vestri mandati retro de se exigunt et requirunt Et
praeterea dictis die et loco oppositoribus antedictis sic (ut praefertur) citatis intimavi Quod sive ipsi dictis die hora
et loco comparuerint et quae imperata sunt fecerint sive non Vos nihilominus aut Commissarius vester antedictus
in huiusmodi Confirmationis negotio iuxta iuris et statutorum huius regni Angliae exigentiam procedetis seu
procedet ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et sic Ego
Mandatarius antedictus mandatum vestrum Reverendissimum retroscript. huiusmodi quantum in me fuit debite et humiliter sum
executus In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri Decani sive Commissarii Decanatuum de
Shoreham et Croydon praesentibus apponi procuravi Et Nos Decanus sive Commissarius antedictus ad specialem
rogatum dicti Certificantis Sigillum nostrum huiusmodi praesentibus apponi fecimus Dat. decimo quinto die
mensis Decembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Primo.

In Dei nomine Amen Nos Thomas Rive legum doctor Advocatus Regius
necnon Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Gulielmi providentia divina Cantuar. Archiepiscopi totius Angliae
Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios ad infrascripta conjunctim et divisim specialiter et legitime deputatus
et constitutus in negotio Confirmationis Electionis de persona venerabilis et Reverendi viri Johannis Prideaux
sacrae Theologiae doctoris in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Christi et beatae Mariae Virginis Wigorn.

electi facta et celebrata pitz et lrime procedentes omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dcam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dcam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos excepturos vel opposituros ad lrime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad peticionem procuratoris decani et Capli Ecclie Cathlis Wigorn predict pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum hmoi viam ulterius opponendi contra dcam electionem, formam eiusdem aut personam electam eis et eorum cuilibet precludimus in his scriptis Ac etiam decernimus ad ulteriora in dco Confirmationis negotio procedendum fore iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparen absentia sive contumacia in aliquo non obstan.

Lecta fuit hmoi schedula per prefatum venlem virum Thomam Rive legum doctorem Comissarium pr die hora et loco in Act mentionat.

In Dei nomine Amen Coram vobis Rmo in xpo pre et dno domino Guilielmo providen divina Cant Archiepo totius Anglie Primate et Metropolitano ad infrascript auctate Parlamenti huius Regni Anglie median lris Comissionalibus paten Serenissimi in xpo Principis et dni nri dni Caroli dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibnie Regis fidei defensoris etc sufficienter et lrime fulcito vestrove Vicario in spualibus generali et Offili princli lrime constituto aut Comrio vris quibuscunque in hac parte spialr deputatis coniunctim altero quorumque partes venlium virorum decani et Capli Ecclie Cathlis xpi et beate Marie Virginis Wigorn dicunt allegant et in hijs scriptis ad omnem iuris effectum exinde sequi valen per viam summarie peticionis in iure proponunt articulatim prout sequitur.

1 **Inprimis** videlt quod sedes Epalis Wigorn per mortem naturalem Reverendi in xpo pris domini Johannis Thornburgh ultimi Episcopi et Pastoris ibm nuper vacare cepit et aliquandiu vacavit Pastorisque solatio destituta extitit et existit in pnti Fuitque fuit et est verum, publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponunt con.m et divm et de quolt.

2 **Item** quod dca sede Epali Wigorn dudum (ut pfertur) vacan decanus et Capitulum Ecclie Cathlis Wigorn predict Capitulariter congregati et Capitulum facien (lia Regia prius in ea parte petita et obtenta) certum diem ac terminum suum Capitularem Ecclie Cathlis pred pro electione novi et futuri Epi Wigorn facien et celebranda unanimiter et concorditer pfixerunt ac omnes et singulos eiusdem Ecclie Cathlis Canonicos et Prebendarios sua vocem aut interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes qd diem et locum pred in hmoi electionis negotio processuros et procedi visuros lrime et peremptorie citari fecerunt Fuitque fuit et est verum pubcum notorium manifestum pariter et famosum Et ponunt ut supra.

3 **Item** quod prefati decanus et Capitulum die et loco prefixis videlt Vicesimo secundo die mensis Novembris Anno dni Millimo Sexcentmo Quadragesimo Primo iam currente capitulariter congregati et Capitulum facien servatis per eos de iure et Statutis huius regni Anglie in ea parte servandis habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea eligend in Epum et Pastorem Ecclie Cathlis Wigorn pred tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicen vel reclamante venlem et Reverendum virum Johannem Prideaux sacre Theologie doctorem in eorum et dce Ecclie Cathlis Wigorn Epum et Pastorem elegerunt et Ecclie memorate de eodem providerunt Et ponunt ut supra.

4 **Item** quod electio hmoi et persona electa die pred in Ecclia Cathli Wigorn pred coram Clero et populo tunc et ibm in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt Et ponunt ut supra.

5 **Item** quod dcus dnus Electus hmoi Electioni de persona sua in Epum et Pastorem Ecclie Cathlis Wigorn pred (ut pfertur) fce et celebrate ad humilem petitionem partium eorundem decani et Capli debitis loco et tempore consentiebat ac consensum suum eisdem prebuit in scriptis per eum Lectis Et ponit ut supra.

6 **Item** quod dcus venlis et reverendus vir Johannes Prideaux dnus Electus fuit ac est vir providus et discretus sacrarum literarum eminenti scientia vita et moribus merito commendatus liber et de lrimo matrimonio procreatus atque in etate lrima et ordine sacerdotali constitutus necnon deo devotus et Ecclie memorate apprime necessarius Fuitque fuit et est verum pubcum notorium manifestum pariter et famosum Et ponunt ut supra.

7 **Item** quod prefati decanus et Capitulum hmoi electionem et personam electam Serenissimo dno nro Carolo Regi per lras suas paten sigillo eorum communi sive Capitulari roboratas pro officio sui debito iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi significarunt et intimarunt Et ponunt ut supra.

8 **Item** quod pro parte dcorum decani et Capituli eidem Regie sublimitati processu electionis hmoi

Idem Serenissimus dnus nr Rex pro sua clementia Regia electioni predict de persona prenotati venlis et [illegible] Reverendi viri Johannis Prideaux (ut preferetur) factae et celebratae consensum et assensum suos Regios gratiose adhibuit et adhibet illamque ratam et gratam habuit et habet Fueruntque et est verum publicum notorium pariter manifestum et famosum Et ponunt ut supra.

Item quod Serenissimus dnus noster Rex vobis prefato Revmo pri de consensu et assensu suis Regiis ad electionem huiusmodi (ut preferetur) adhibitis per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit verumetiam earundem literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit quatenus vos electionem predict et personam electam huiusmodi confirmare et consecrare ipsumque insigniis Episcopalibus insignire ac decorare Ceteraque omnia et singula peragere que vero in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi et literarum patentium huiusmodi seriem vobis tunc offerri Fueruntque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponunt ut supra.

Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, manifesta pariter et famosa ac de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama Unde facta fide de iure in hac parte requisita, ad quam faciend offerunt partes predict Decani et Capituli se promptas et paratas pro loco et tempore congruis et opportunis Petuntque eadem partes prefatam electionem et personam electam confirmand consecrand et benedicend fore decerni et tunc offerri confirmari et consecrari iuxta iuris et statutorum huius regni Angliae exigentiam necnon literarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte seriem Curamque regimen et administrationem spiritualium Episcopatus Wigorn predict eidem dno Electo committi ipsumque in realem, actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Wigorn Iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducend et introducend fore decerni Ulteriusque fieri statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscumque quod iuris fuerit et rationis ac statutis huius Regni Angliae conformiter supplend defectus quoscumque in hac parte intervenien Que proponunt et fieri petunt partes iste proponen conjunctim et divisim non arctantes se ad omnia et singula premissa probant nec ad onus superflue probationis de qua protestantur sed quatenus probaverint in premissis eatenus obtineant in petitis Iuris beneficio in omnibus semper salvo vestrum Officium dne Iudex [illegible] humiliter implorant.

Reverendissimo in xpo Patri et dno dno Gulielmo providentia divina Cantuar Archiepo totius Angliae Primati et Metropolitano aliive cuicunque potestatem in hac parte sufficientem habenti seu etiam habituro Vestri humiles et devoti Christopherus Potter sacre Theologie Doctor Decanus Ecclie Cathis Christi et beatae Mariae Virginis Wigorn et eiusdem ecclie Capitulum omnimodam obedientiam et Reverentiam tanto Revmo Patri debitas et condignas cum honore vestra Reverendissima Paternitati tenore presentium significamus Quod sede Epali Wigorn per mortem naturalem ultimi Episcopi iam pastore et Pastoris solatio destituta Nos Decanus et Capitulum antedict vigore et auctoritate Licentiae Regiae Maiestatis nobis et ecclie Cathli predict de alio in Epum et Pastorem eiusdem ecclie eligend facte et concesse in domo nra capitulari capitulariter congregat et Capitulum ibidem facientes die dat presentium servatis primitus per Nos omnibus et singulis de iure in ea parte servandis habitoque inter Nos maturo et diligenti tractatu de persona idonea in ea parte eligend tandem venlem virum Johannem Prideaux sacrae Theologiae professorem per Serenissimum dnum Carolum Regem nrum specialiter nominatum et commendatum vota nra direximus ipsumque vigore dicte licentiae in nrum et dicte Ecclie Cathlis Wigorn Epum et Pastorem unanimiter et concorditer nullo contradicente vel reclamante elegimus prout per literas nras Certificatorias dicto dno nro Regi in ea parte directas et transmissas plenius liquet et apparet Vestrae igitur Revmae Paternitati tenore presentium humiliter supplicamus et Nos in Domino rogamus quatenus dictam Electionem nram de persona prefati venlis viri Johannis Prideaux (sic ut preferetur) per nos factam et celebratam confirmare Ceteraque omnia et singula que ad officium vestrum Archiepale in hac parte quomodolibet spectant peragere expedire ac perimplere dignetur eadem vra Reverendissima paternitas cum favore Sicque deum optimum maximum assiduis precibus pro amplitudine vra salute et longissimis annis sollicitabimus ut Ecclie Anglicanae ornamento et presidio diutissime sit futurus In cuius rei testimonium Sigillum nrum commune presentibus apponi fecimus Dat in Domo nra Capitulari Wigorn Vicesimo secundo die mensis Novembris Anno Dni Millimo Sexcentesimo Quadragesimo primo

Venerabili et egregio viro dno Johanni Prideaux sacrae Theologiae Doctori Christopherus Potter sacrae etiam Theologiae Doctor Decanus Ecclie Cathlis Christi et beatae Mariae Virginis Wigorn et Capitulum eiusdem Ecclie reverentiam debitam et salutem perpetuam in Auctore salutis Reverentiam vram tenore presentium certificamus Quod sede Epali Wigorn per mortem naturalem Reverendi in xpo patris ac dni dni Johannis Thornburgh ultimi Epi ibidem ibm nuper vacante ac Pastoris solatio destituta Nos Decanus et Capitulum antedci die Veneris vizt decimo nono die mensis Novembris instantis in Domo nra Capitlari apud Wigorn praed Lras serenissimi Dni nri Dni Caroli nunc Regis Angliae &c de Congedeslier de alio nobis et Ecclie Cathli praed in Epum et Pastorem eligend magno sigillo Angliae ac etiam alias Lras commendatitias privato eiusd Regiae Maiestatis sigillo respective sigillatas et consignatas ac Decano et Capitulo Ecclie Cathlis praed factas et directas cum ea qua decuit Reverentia recepimus ac tunc et ibm iuxta earundem respe Lrarum Tenorem ad electionem futuri Epi et Pastoris in dca Ecclia Cathli sic (ut pmittitur) vacante celebrand procedend fore decrevimus omnesqz et singulos eiusd Ecclie Cathlis Canonicos sive Prebendarios atqz alios in ea parte ius aut interesse habentes seu habere praetendentes in diem Lunae vizt vicesimum secundum diem mensis Novembris praed sua suffragia ac voces suas respective daturos legitime citandos et vocandos fore procuravimus Quo quidem Vicesimo secundo die mensis Novembris praed adveniente divino prius auxilio implorato ac precibus Deo Opt Max: ante omnia suppliciter per Nos fusis Nos Decanus et Capitulum antedci in domo nra Capitulari praedict Capitulariter congregati ac plenum Capitulum facien ad electionem praed vigore pariter et auctate praedicto Regiae Matis Lrae iuxta huius regni Angliae Statuta legesqz sive constitutiones ecclias Canonice facien processimus sub modo et forma sequen vizt Habito primitus inter Nos de idonea persona in ea parte eligenda diligenti tractatu servatisqz per Nos de iure ac Statutis huius Regni Angliae et Ecclie Cathlis praedict ordinationibus et consuetudinibus approbatis in ea parte servandis tandem unanimi assensu et consensu nris (nullo prorsus contradicente vel reclamante) oculos intentionis nrae ac suffragia et voces nras direximus in Vos virum utiqz providum ac discretum ac apud Nos Clerumqz ac populum (suis exigentibus meritis) summe commendatum de legitimo matrimonio natum in aetate legitima et in ordine sacerdotali constitutum vita moribus ac Lrarum scientia clarum in spualibus ac temporalibus valde circumspectum Iura Libertates ac privilegia ecclie Cathlis Wigorn praed et Epatus eiusd viriliter ac laudabiliter defendere ac tueri scientem ac valentem Et vos in unum ac dcae Ecclie nrae Cathlis Epum ac Pastorem concorditer nominavimus atqz elegimus Quam quidem electionem nram de persona vra sic (ut pmittitur) factam statim Clero et populo tunc et ibm psenti in loco publico ac visitato publicari ceteraqz omnia et singula de iure aut consuetudine in ea parte quovismodo fieri necessaria expediri fecimus in Tabellionis sive Notarij publici atqz aliorum fidedignorum testium pntia prout ex serie ac tenore actorum sive Instrumenti publici quae sive quod super tota electione praed curavimus facien plenius liquet et apparet Quae omnia et singula iuxta huius regni Angliae Statuta ea in parte edita ac promulgata rite habit et facta prout eidem Illustrissimo Dno nro Dno Carolo Regi nro antedco per alias Lras nras Certificatorias de dic Dat pntium sigillo nro commune sigillat Ita etiam per has Lras nras eod commune sigillo nro sigillatas vrae Reverentiae significamus eandemqz vram Reverentiam obnixe rogamus quatus hmoi Electioni de persona vra per Nos sic (ut pfertur) factae et celebratae assensum et consensum vros impertiri ac praebere dignemini In quorum omnium et singulorum pmissorum fidem ac Testimonium sigillum nrum commune pntibus apponi fecimus Dat in domo nra Capitlari apud Wigorn praed Vicesimo secundo die mensis Novembris Anno Dni Millimo Sexcentimo Quadragesimo primo.

In dei nomine Amen per praesens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum Quod die Sabbathi Decimo octavo vizt die mensis Decembris Anno Dni Millimo Sexcentimo quadragesimo primo Regnique serenissimi in xpo Principis et Dni nri Dni Caroli Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hibniae Regis fidei defensor &c Anno decimo septimo In aedibus Dni Thomae Reynell militis infra parocam beatae Mariae Savoy in le Strand situat et scituat Insuqz mei Caroli Wade notij publici subscripti ac testium inferius nominatorum pntia Constitut psonalr Magr Thomas Cooke notarius publicus Almiqz Curiae Cant de Arcubus London Procuratorum generalium unus ac Johannes Reignolds gen et Edwardus Marten notarius publicus exhibuerunt procuratorium suum Lraeque pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclie Cathlis Christi et beatae Mariae Virginis Wigorn sigillo eorum communi (ut apparuit) sub cera rubea sigillat eis inter alios confectum et directum factum et scriptum ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capli pntarunt venli et Reverendo viro Johanni Prideaux sacrae Theologiae professori tunc et ibm personaliter praesenti Lras quasdam Testimoniales sive Certificatorias sigillo communi eorund Decani et Capli (ut apparuit) sub cera rubea etiam sigillat de et super electione dci venlis et Reverendi viri in Epum et Pastorem Ecclie Cathlis Christi et beatae Mariae Virginis Wigorn praed facta et celebrata Eundemqz venerabilem et reverendum virum Dnum Electum instanter instantius et instantissime rogarunt et requisiverunt quatus eidem electioni de ipso et eius persona (ut praemittitur) factae et celebratae consentire ac consensum et assensum suos eidem praebere dignaretur Qui quidem venerabilis et Reverendus vir Dnus electus Wigorn antedcus sic requisitus et interpellatus praehabita prius per cum matura deliberacone) Electioni predicte de ipso et eius persona (ut premittitur) factæ et celebratæ consentiebat ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis prout in schedula quam in manibus suis tunc tenens publice legebat continetur Cuius quidem schedulæ verus tenor sequitur et est talis viz In Dei nomine Amen Ego Johannes Prideaux sacræ Theologiæ professor in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Christi et btæ Mariæ Virginis Wigorn rite et lrime nominatus et electus atque ad consentiend huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte factæ et celebratæ ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capli eiusdem Ecclie Cathis instanter rogatus et requisitus (Dei omnipotentis clementia fretus) Electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut premittitur) factæ et celebratæ ad honorem Dei omnipotentis patris, filij et spiritus sci consentio eidem consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in hijs scriptis Super quibus omnibus et singulis premissis tam dcus venlis et reverendus vir dnus Electus quam memoratus Magr Thomas Cooke procurator antedcus et alij procuratores prad me notarium publicum antedcum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogarunt et requisiverunt Acta fuerunt hæc omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur sub Anno Dni Regnique Regiæ Maiestatis mense die et loco prad Presentibus tunc et ibm Dno Thoma Reynell milite Arthuro Crosfeild notario publico Richardo Parr clerico testibus ad premissa videnđ audienđ et testificanđ vocatis specialiter et requisitis.

Et ego Samuelus Wade Roffen dioc natus publicus auctoritate Regia notarius Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno dni Regnique Regiæ Maiestatis mense die et loco prad agebantur et fiebant unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui Eaque omnia et singula sub modo et forma prenotatis fieri geri et expediri vidi sciui et audiui atque in notam sumpsi Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam et autenticam formam redegi Signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et me hic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum ad id specialiter rogatus et requisitus.

In dei nomine Amen Nos Thomas Rives legum doctor Advocatus Regius necnon Revmi in xpo pris et dni dni Guilielmi providentia divina Cantuar Archiepi totius Angliæ Primatis et Metroponi Comissarius inter alios ad infrascripta conjunctim et divisim specialiter et lrime deputatus et constitutus in negotio Confirmationis electionis de persona venlis et Reverendi viri Johannis Prideaux sacræ Theologiæ Doctoris in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Wigorn electi, factæ et celebratæ rite et lrime procedentes omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos, excepturos vel opposituros alias lrime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam electi huiusmodi aliquid dicentes, excipientes vel opponentes ad petitionem Procuratorum Decani et Capituli Ecclie Cathis Wigorn prad pronunciamus contumaces et in pœnam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem sententiæ nræ diffinitivæ sive nri finalis decreti in huiusmodi negotio ferenđ ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstanđ.

Lecta fuit huiusmodi schedula per prefatum venlem virum Thomam Rives legum doctorem Comissarium predict die hora et loco in acta mencionat.

In dei nomine Amen Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per Nos Thomam Rives legum doctorem ac Regiæ Maiestatis Advocatum generalem necnon Revmi in xpo pris et dni dni Guilielmi providentia divina Cantuar Archiepi totius Angliæ Primatis et Metroponi Comissarium inter alios ad infrascripta conjunctim et divisim specialiter et lrime deputatum et constitutum Meritis et circumstantijs cuiusdam causæ sive negotij Confirmationis electionis de persona venlis et Reverendi viri Johannis Prideaux sacræ Theologiæ Doctoris in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Christi et beatæ Mariæ Virginis Wigorn electi, factæ et deliberato Quod coram nobis in Judicio aliquamdiu vertebatur, vertiturque in presenti et pendet indecisum Rimatisque primitus per Nos toto et integro processu coram nobis in dicto Confirmationis negotio habito et facto atque diligenter recensito, Servatisque per Nos de iure et statutis huius regni Angliæ in ea parte servandis ad nostram sententiam diffinitivam sive nostri finalis decreti prolationem in huiusmodi negotio ferendam sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta actitata deducta, allegata, proposita, exhibita, confessata et probata coram nobis in huiusmodi Confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus Electionem predictam per decanum et Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Christi et beatæ Mariæ Virginis Wigorn. predicte de prefato venerabili et Reverendo viro Johanne Prideaux electo huiusmodi viro utique provido et discreto vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato atque in ætate legitima et ordine sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam nihilque eidem venerabili et Reverendo viro Electo huiusmodi de sanctionibus ecclesiasticis obviasse seu obviare quo minus in Episcopum Wigorn. auctoritate dicti Regni patriis moribus debeat confirmari Idcirco Nos Thomas Rives legum doctor Commissarius et Judex antedictus sic (ut præfertur) specialiter et legitime deputatus et constitutus attentis præmissis et aliis virtutum meritis super quibus prenominatus Electus Episcopus Wigorn. fidedigno commendatur testimonio. Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum Deum oculis nostris proponentes et habentes de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, prenominatam electionem de eodem venerabili et Reverendo viro Johanne Prideaux factam et celebratam auctoritate (qua fungimur) confirmamus, defectusque quoscunque in dicto Confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de iure possumus supplentes et supplemus. Ipsumque dominum Electum et confirmatum, consecrandum et benedicendum fore decernimus, Curamque regimen et Administrationem spiritualium dicti Episcopatus Wigorn. eidem domino Electo et confirmato committimus, Ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Wigorn. Juriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et inthronizandum fore per Archidiaconum Cantuariensem eiusve deputatum iuxta Ecclesiæ Cathedralis Wigorn. predicte morem et consuetudinem (legibus et statutis huius Regni Angliæ non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in hiis scriptis.

Lecta fuit huiusmodi Sententia per prefatum venerabilem virum Thomam Rives legum doctorem Commissarium [illegible] Decembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo primo In capella Regis Henrici Septimi infra Ecclesiam Collegiatam divi Petri Westm. inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei ad petitionem Magistrorum Thome Greene, Johannis Reighnolds et Georgii Mbeton procuratorum decani et Capituli Ecclesiæ Cathedralis Christi et beatæ Mariæ Virginis Wigorn. In presentia mei Caroli Wade notarii publici etc. Super quibus etc. requisitus me etc. testesque etc. presentibus tunc et ibidem testibus in Actis memoratis.

Guilielmus providentia divina Cantuar. Archiepiscopus totius Angliæ Primas et Metropolitanus ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius inclyti regni Angliæ mediantibus Literis Commissionalibus Patentibus serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Caroli dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regis fidei defensoris etc. sufficienter et legitime fulcitus Reverendissimo in Christo patri et domino domino Johanni providentia divina Eborum Archiepiscopo Angliæ Primati et Metropolitano ac decano Ecclesiæ Collegiatæ beati Petri Westmonasteriensis necnon Reverendis in Christo patribus ac venerabilibus Confratribus nostris dominis Guilielmo London., Waltero Winton., Josepho Norwicen., Mathæo Elien., Roberto Oxon., Johanni Roffen. et Johanni Assaphen. eadem providentia respective Episcopis Salutem et fraternam in Domino Charitatem. Cum literas Patentes dicti domini nostri Regis sigillo suo magno Angliæ sigillatas gerentes datum apud Westm. tricesimo die mensis Novembris Anno regni sui [illegible] receperimus, in quibus inter alia nobis preceptum est ut venerabilem et Reverendum virum Johannem Prideaux Sacræ Theologiæ professorem in Episcopum et pastorem Ecclesiæ Cathedralis Christi et beatæ Mariæ Virginis Wigorn. nostræ Cantuar. provinciæ rite et legitime nominatum et Electum Episcopum et Pastorem dictæ Ecclesiæ consecraremus. Nos vero volentes cum reverentia et celeritate debitis (prout decet et tenemur) mandato Regio in ea parte humiliter satisfacere. Ad consecrandum igitur et benedicendum eundem omniaque ea quæ [illegible] celeritate vice loco et nomine nostris eundem venerabilem

et Reverendum virum Johannem Prideaux sacrae Theologiae professorem in Epum et Pastorem Ecclesiae
Cathedralis Christi et beatae Mariae Virginis Wigorn praed nominatum, electum et confirmatum atque
ad exhibend et impertiend illi Ceremonias in hac parte de iure, statutis et usu moderno Ecclesiae Angli-
canae usitat observatas et requisitas in Ecclesia Collegiata divi Petri Westm praed vel quacunque Capella
eius Ecclesiae annexa sive adiuncta die dominico decimo nono viz die instantis mensis Decembris Ascitis
vobis quibuscunque aliis Episcopis (modo sint nrae provinciae Cantuar) Executionem Officii sui obtinentibus
in numero competenti et requisito in huiusmodi ministerio assidentibus et congrue opitulantibus et assistentibus
Ad recipiend quoque exigend et admittend vice loco et nomine nris in presentia dilecti nobis in Xpo Willmi
Sherman notarii publici Registrarii nri principalis vel Caroli Wade notarii etiam publici eius Deputati ab
eodem Reverendo viro Johanne Prideaux consecrando et benedicend Iuramentum tam de agnoscend Regiam
supremam potestatem in causis ecclesiis et temporalibus ac de renunciando refutando et recusando omni et
omnimodae Iurisdictioni, potestati, auctoritati et superioritati forensis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti
dicti Regni Angliae in ea parte editi et provisi Necnon de reverentia et obedientia debit nobis et
Successoribus nris Archiepis Cantuar pro tempore existen praestand et exhibend quam de simonia non
commissa pro vel de procuratione sive acquisitione Epatus Wigorn iuxta Canonem in ea parte editum
Caeteraque omnia et singula faciend, exercend exequend et expediend quae de iure et statutis huius
Regni Angliae in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna vel requisita Vobis com
et divm tenore presentium vices nras committimus ac plenam in Dno concedimus potestatem Iuribus nris
Archiepalibus Cantuarien caeterisque emolumentis nobis ac Officiariis et ministris nris in hac
parte competentibus semper salvis et reservatis In cuius rei Testimonium Sigillum nrum Archie-
pale presentibus apponi fecimus Dat decimo octavo die mensis Decembris Anno Dni Millimo
sexcentesimo quadragesimo primo Et nrae Transl Anno nono.

Reverendissimo in Xpo patri ac Dno Dno Guilielmo providentia divina Cant
Archiepo totius Angliae Primati et Metropolitano seu eius Vicario in spiritualibus generali Vester humilis
et devotus Thomas Eden legum dror venerabilium virorum Dnorum Decani et Capli ecclie Collegiatae
Sti Petri Westm Commissarius et Officialis principalis legitime constitutus, omnimodam reverentiam tanto
Reverendissimo patri debitam cum honore Cum ex parte Rmae paternitatis vrae ostensum sit nobis
venerabilem et Reverendum virum Johannem Prideaux sacrae Theologiae professorem in Epum et Pastorem
Ecclesiae Cathedralis Christi et beatae Mariae Virginis Wigorn ad vitam et legitime nominatum et electum
Epum et Pastorem dcae Ecclesiae consecrand fore Cumque ex certis considerationibus iustis et rationabilibus
petitum sit et desideratum Ut dca Consecratio infra Ecclesiam Collegiatam Sti Petri Westm fieret
et transigeretur quodque utique per leges et Canones Ecclesiae Anglicanae sine speciali dispensatione
in ea parte obtenta iuste, pie et legitime fieri non poterit Ad consecrandum igitur dcum Reverend
patrem in Epum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Christi et beatae Mariae Virginis Wigorn praed
nominatum electum et confirmatum atque ad exhibend et impertiend illi Ceremonias in hac parte
de iure, statutis et usu moderno Ecclesiae Anglicanae usitat observat et requisit in ecclesia Collegiata
Sti Petri praed vel quacunque Capella eius ecclesiae annexa et ad deferend ei quaecunque iuramenta
licita et honesta secundum iuris et Statutorum huius Regni Angliae exigen ac iuxta tenorem
formam et effectum mandati Regii et Commissionis Paternitati vrae in ea parte fact et concess
Caeteraque omnia et singula faciend exercend et expediend quae in hac parte necessaria fuerint seu
quomodolibet opportuna, vrae paternitati seu Commissionariis vris quibuscunque per paternitatem vram
in hac parte per Commissionem vram nominat et assignat com et divm in Capella Dni Regis
nuper Henrici Septimi infra dcam Ecclesiam Collegiatam Sci Petri Westm quantum in nobis
est ac de iure legibus, statutis et Canonibus Ecclesiae Anglicanae possumus Licentiam facultatem et
potestatem specialem tenore presentium concedimus In cuius rei Testimonium Sigillum nrum quo in hac
parte utimur presentibus apponi fecimus Dat decimo octavo die mensis Decembris Anno Domini
Millimo Sexcentesimo Quadragesimo primo.

Die Dominico decimo nono viz die mensis Decembris Anno Dni 1641
Coram Rmo in Xpo patre et Dno Dno Johanne providentia divina Eborum Archiepo Angliae
Primate et Metropolitano necnon Reverendis in Xpo patribus Dominis Guilielmo London, Waltero
Winton et Roberto Coven et Lichen eadem providentia respective Epis In Capella Regis Henrici
Septimi ad finem Orientalem Ecclesiae Collegiatae divi Petri Westm Et in com Midd notoriae situat
Praesentatis Lris patentibus Regiis de assensu suo Regio Electioni adhibito necnon Lris Commissionis

Rmi in xpo pris et dni dni Guilielmi providentia divina Cant Archiepi totius Angliæ Primatis et Metropolitani prenominato Rmo et Reverendis patribus antedictis pro Consecratione venlis et Reverendi viri Johannis Prideaux sacræ Theologiæ professoris in Epum et Pastorem Ecclesiæ Cathlis xpi et beatæ Mariæ Virginis Wigorn electi et confirmati, habenda, vice et nomine suis scriptis et concessis ac per venerabilem virum Thomam Rives legum doctorem de mandato dci dni Archiepi Eborum publice lectis Idem Rmus pater dnus Archiepus Eborum et Reverendi patres dni Epi London, Winton et Coven et Lichen antedicti ob honorem et reverentiam dco dno nro Regi debitam et propter fraternam eorum charitatem erga dnum dnum Archiepum Cant Confratrem suum et ex causis iustis et licitis in dictis Lris Comissionalibus specificatis acceptarunt in se onus executionis dictarum Lrarum paten et Comissionalium decreverunt procedendum fore iuxta tenorem vim formam et effectum earundem. Et tunc dnus Reverendissimus pater Dominus Archiepus Eborum et Reverendi patres dni Guilielmus London, Walterus Winton ac Robtus Coven et Lichen eorumque respective Epi præd vigore et auctate Lrarum Regiarum paten et Comissionalium præd munus Consecrationis prenominato venli et reverendo viro Johanni Prideaux in Epum et Pastorem Ecclesiæ Cathlis Christi et beatæ Mariæ Virginis Wigorn præd (ut præfertur) electo et confirmat (præstito primitus per eundem dnum electum et confirmatum Juramento tam de agnoscenda Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando omni et omnimodæ Jurisdictioni potestati, auctati et superioritati forancis et externis iuxta vim, formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclyti Regni Angliæ in ea parte editi et provisi Necnon de reverentia et obedientia debita dno Archiepo Cantuar et Ecclesiæ Metropolitanæ xpi Cant et eorum Successoribus adhibenda ac quam de simonia non commissa pro vel de procuratione sive acquisitione Epatus Wigorn præd iuxta Canonem in ea parte editum adhibitisque ritibus et ceremoniis de usu moderno Ecclesiæ Anglicanæ adhibend iuxta formam descript in libro intitulat The forme and manner of making and consecrating Bishopps Priests and Deacons) impendebant in pntia mei Caroli Wade notarii publici et Registrarii deputati pntibus tunc et ibm venlibus viris dno Thoma Reynell milite et Thoma Rives legum doctore Advocato Regio necnon magris Johanne Reignolds, Thoma Lister et Johanne Williams Armigeris Willmo Fisher notario publico et Johanne Holt generoso Apparitore generali dci dni Archiepi Cant cum multis aliis in numero copioso congregatis testibus &c. Super quibus &c.

Guilielmus providentia divina Cant Archiepus totius Angliæ Primas et Metropolitanus ad infrascripta auctate Parliamenti huius inclyti regni Angliæ mediantibus Lris Comissionalibus Paten Serenissimi in xpo Principis et dni nri dni Caroli dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regis fidei defensoris &c sufficienter et licite fulcit Venerabili viro Willmo Kingsly sacræ Theologiæ professori Archino nro Cantuar in Ecclesia nra Cathli et Metropolitana Christi Cant Salutem et gratiam Cum vacante nuper sede Epali Wigorn per mortem naturalem Reverendi in xpo pris dni Johannis Thornburgh ultimi Epi et Pastoris ibm Decanus et Capitulum Ecclesiæ Cathlis xpi et beatæ Mariæ Virginis Wigorn (lia Regia prius in ea parte petita et obtenta) venlem et Reverendum virum Johannem Prideaux sacræ theologiæ professorem in eorum et dcæ Ecclesiæ Cathlis Wigorn Epum et Pastorem elegerint et Ecclesiæ Cathli præd de eodem providerint Quam quidem Electionem et personam sic electam (servatis de iure et Statutis huius Regni Angliæ in ea parte servandis) Nos Guilielmus Archiepus antedictus auctate qua supra confirmavimus eidemque confirmato Curam regimen et Administrationem spiritualium dci Epatus Wigorn commisimus necnon consequenter munus Consecrationis (adhibitis ritibus et ceremoniis de more Ecclesiæ Anglicanæ adhibendis) eidem dno Electo et confirmato impendimus, Ipsumque dnum electum confirmatum et consecratum seu procuratorem suum licitum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dci Epatus Wigorn Juriumque dignitatum, honorum præeminen et pertinen suorum universorum inducendum installandum et intronizandum fore decrevimus iustitia mediante Tibi igitur firmiter præcipiendo mandamus quatenus præfatum Reverendum prem dnum Johannem Prideaux electum confirmatum et consecratum seu procuratorem suum licitum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dci Epatus Wigorn Juriumque dignitatum honorum præeminen et pertinen suorum universorum inducas installes et intronizes seu sic induci installari et intronizari facias cum effectu Cathedramque sive sedem Epalem in Ecclesia Cathli Wigorn præd Epo ibm assignari solit et consuet sibi [illegible] assignes et eum in nomine dni nri Jesu Christi inthronizes seu inthronizari facias prout decet Juribus et consuetudinibus nris Archiepalibus Cant et Ecclesiæ nræ Cathlis et Metropolitanæ Christi Cant præd dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis In cuius rei testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) pntibus apponi fecimus Dat vicesimo nono die mensis

Decembris Anno Dni Millimo Sexcentmo quadragesimo primo Et nre Trans Anno nono.

Vicesimo die mensis Decembris Anno Dni 1641 emanavit Inductio Venerabilibus viris Wright sacre Theologie professori Jacobo Littleton legum doctori et ffrancisco Charlett sacre Theologie Baccho conjm et divm &c ad inducendum et intronizandum praed Reverendum patrem &c.

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc presens scriptum pervenerit Johannes permissione divina Wigorn Epus Salutem in Dno sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhiberi. Cum tam de antiqua, laudabili longevaque et licite praescripta consuetudine hactenus per tempus hominum memoriam superans inconcusse usitat et observat quam etiam de singulari Prerogativa Ecclie Metropolit Christi Cant fuerit et sit indultum usitatum et observatum Quod Archiepus Cant pro tempore existens cuilibet Suffraganeorum in Epum alicuius Ecclie Cathlis sive Cant Provincie elect statim post confirmationem electionis hmoi unum clericum idoneum nominare et praesentare possit Qui idem Electus confirmatus tenebitur quamprimum facultas se obtulerit in sua Ecclia Cathli de dignitate Canonicat et Prebenda seu de alio competen beneficio ecclico providere ac interim dictum Clericum ad dignitatem Canonicatum et Prebendam seu beneficium hmoi sic promovendum acceptare et admittere necnon sibi pensionem annuam sufficien constituere tantisper solvend et impendend quousque eidem clerico de aliqua dignitate Canonicatu et Prebenda vel alio competen beneficio hmoi sufficienter fuerit cautum et provisum Sciatis igitur Nos praefatum Johannem Wigorn Epum antiqua Jura libertates Consuetudines et Prerogativam Ecclie Metropolit Christi Cant praed (prout tenemur) pro posse nro adimplere volentes ex causis et considerationibus praed ac in plenam satisfactionem earundem dedisse concessisse et confirmasse Reverendissimo in Christo patri et Dno Dno Willielmo providentia divina Cant Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano executoribus et Assignatis suis primam et proximam Advocationem nominationem, presentationem liberamque dispositionem et Jus patronatus Rectorie Ecclie parochialis de fflatbury als ffladbury in com et dioc nra Wigorn nostrorum patronatus et dispositionis existen quandocunque et quamprimum dictam Rectoriam per mortem resignationem cessionem dimissionem permutationem privationem vel aliquo quocunque modo primo et prox post datum presentium vacare contigerit pro unica vice proximaque vacatione eiusdem tantum Habendum et tenend dictam Advocationem nominationem presentationem liberamque dispositionem et ius Patronatus Rectorie Ecclie paroalis de fflatbury als ffladbury praed si (ut praefertur) primo et prox vacaverit praenominato Revmo patri Dno Willielmo Cantuar Archiepo executoribus et Assignatis suis ad libitum suum ad faciend presentationem quamcunque personam idoneam ad Rectoriam de fflatbury als ffladbury praed utcunque vacare contigerit pro unica vice tantum nominare et presentare ac literas nominationis et presentationis de praed Rectoria de fflatbury als ffladbury cuicunque persone idonee hmoi facere et concedere ac omnia alia et singula facere exercere et perimplere quae in praemissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna adeo plene libere et integre ac in tam amplis modo et forma prout Nos praefatus Epus faceremus seu facere possemus si haec praesens nra Concessio sive Confirmatio inde facta non fuisset. Et si contigerit hanc nram donationem sive concessionem ratione forsan alicuius prioris donationis sive concessionis per Nos aut Predecessores nros inde facta seu quavis alia de causa vel occasione pro prima et proxima vacatione dicte Rectorie suum debitum non sortiri effectum Tunc et in eo casu volumus et concedimus pro nobis et Successoribus nris Quod haec presens donatio sive concessio nra se extendat ad secundam ac etiam in casu simili ad tertiam vacationem dicte Rectorie Ita quod ius patronatus dicte Rectorie de fflatbury als ffladbury ad nos et successores nros antea non revertetur donec et quousque una aliqua persona idonea ad presentationem predicti Reverendissimi patris Executorum et Assignatorum suorum ad praed Rectoriam de fflatbury als ffladbury pro unica vice tantum fuerit admissa ac in eadem canonice instituta necnon in realem actualem et corporalem possessionem eiusdem Juriumque membrorum et pertinen suorum universorum inducta pacifice et quiete In cuius rei testimonium Sigillum nrum Epale presentibus apponi fecimus Dat vicesimo octavo die mensis Januarii Anno Dni (stilo Angliae) Millimo Sexcentmo quadragesimo primo Regnique serenissimi in Christo principis et dni nri dni Caroli dei gra Anglie Scotie ffrancie et Hibnie Regis fidei defensoris &c Anno decimo septimo Et nre Consecrationis Anno primo.

Acta habita et facta in -

negotio confirmationis electionis de persona Reverendi in
Christo patris Dni Josephi Hall providentia divina Exon
Episcopi in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis
Sanctae et individuae Trinitatis Norwicen electi die -
Jovis decimo sexto vizt die mensis Decembris Anno Dni
millesimo sexcentesimoquadragesimo primo Regnique Dni
Serenissimi in Xpo Principis et Dni nri Dni Caroli -
dei gratia Angliae Scotiae ffranciae et Hiberniae Regis
fidei defensoris &c Anno decimo septimo In Capella -
Regis Henrici septimi ad finem Orientalem Ecclesiae -
Collegiatae divi Petri Westm inter horas octavam et
decimam ante meridiem eiusdem diei coram venli viro
Thoma Rives legum Doctore Reverendissimi in -
Christo pris et domini domini Willielmi providentia
divina Cant Archiepiscopi totius Angliae Primatis
et Metropolitani necnon Comissario inter alios ad infrascripta
conjunctim et divisim spialr et ltime deputato et -
constituto In pntia mei Caroli Wade Notarii publici &c

Dictis die et loco atque inter horas praedictas presentatis coram -
prefato venerabili viro Thoma Rives legum Doctore ac Commissario &c judicialiter
et pro Tribunali sedente literis Paten Regijs &c necnon literis Commissionalibus dicti
Reverendissimi patris eidem venerabili viro et alijs conjunctim et divisim in hac parte
factis quibus quidem literis paten Regijs et Commissionalibus Reverendissimi &c
per me Notarium publicum antedictum publice lectis Idem venerabilis vir Thomas -
Rives ob honorem et Reverentiam dicti Dni nostri Regis et memorati Reverendissimi
patris acceptavit in se onus executionis dictarum literarum Patentium et -
Commissionalium et decrevit procedend fore juxta tenorem vim formam et effectum
earundem Deinde comparuit personaliter magr Arthurus Croshold Notarius
publicus Almaeque Curiae Cant de Arcubus London Procuratorum generalium unus
et exhibuit procuratorium suum [illegible] pro venerabilibus viris Decano et Capitulo
Ecclesiae Cathedralis Sanctae et individuae Trinitatis Norwicen sigillo eorum communi -
ut apparuit sub cera rubea sigillat et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio
eorundem presentavit eidem venerabili viro Thomae Rives Reverendum in Christo
patrem Dnum Josephum Hall providentia divina Exon Episcopum in Episcopum -
et pastorem Ecclesiae Cathedralis Sanctae et individuae Trinitatis Norwicen electum
et ipsum e regione confirmantis sistebat Et tunc dictus magister Chishold exhibuit
mandatum Citatorium originale alias contra Oppositores in hujusmodi negotio -
emanat unacum Certificatorio indorso super executione eiusdem et petijt omnes
et singulos Oppositores hmoi publice preconizari quibus tunc et ibidem publice -
trina vice preconizatis et nullo modo comparen &c prefatus magister Creshold accusavit
contumacias omnium et singulorum Oppositorum hujusmodi (sicut praefertur) ad hos diem -
horas et locum citat et intimat &c modo predicto preconizat et nullo modo comparen nec
aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere curan et petijt eos reputari contumaces
et in poenam contumaciarum suarum hujusmodi viam ulterius opponendi in hmoi causa
sive negotio eis et eorum cuilibet precludi &c Ad cujus petitionem dictus venerabilis
4 vir Thomas Rives pronunciavit eos omnes et singulos sic citatos intimatos -
preconizatos et nullo modo comparen nec aliquid in hac parte dicere excipere vel -
opponere curan contumaces et in poenam contumaciarum suarum hujusmodi viam
ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam -
in hac parte eis et eorum cuilibet preclusit Necnon ad ulteriora in dicto confirmacois
negotio procedend fore decrevit ipsorum sic citatorum et non comparentium -
absentia sive contumacia in aliquo non obstan prout in schedula per eum tunc

tunc lecta continetur Quibus sic gestis prefatus magister Arthurus Cresheld in
penam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium dedit summariam
petitionem in scriptis quam petiit admitti etc. qua quidem summaria petitione per me
prefatum Carolum Wade Notarium publicum antedictum de mandato dicti venerabilis
viri Thome Rives publice lecta Idem venerabilis vir Thomas Rives admisit dictam
summariam petitionem quatenus de jure etc. et decrevit procedendum fore summarie et de
plano etc. et assignavit dicto magistro Cresheld terminum ad probandum eandem
summariam petitionem ad statim Et tunc dictus magister Cresheld in subsidium probationis
contentorum in dicta summaria petitione exhibuit literas patentes Regias de assensu suo Regio
superius mentionat per quas apparuit memoratos Decanum et Capitulum Ecclesie Cathedralis
Norwicen pred prenominatum Reverendum patrem in eorum et dicte Ecclesie Cathedralis Norwicen
Episcopum et pastorem Regiamque Majestatem eidem Electioni assensum suum exhibuit etiam
bina Certificatoria unum eorum direct Reverendissimo in Christo patri domino Archiepo
Cant alterumque dicto Reverendo patri domino electo hujusmodi de et super electione sua in Episcopum
et Pastorem Ecclesie Cathedralis Norwicen predict sigillo communi eorundem Decani et Capituli
(ut apparuit) sub cera rubra sigillat Ac etiam instrumentum publicum super consensu
prefati domini electi eidem electioni adhibito Et allegavit omnia et singula in dictis respective
exhibitis contenta fuisse et esse vera ac ita habita et gesta prout in eisdem respective
continetur petendo terminum sibi assignari ad audiendum sententiam sive finale decretum
in hac causa Ad cujus petitionem dictus venerabilis vir Thomas Rives in penam etc. assignavit
ad audiendum Sententiam ad statim consequenter vero facta alia publica trina dicti preconiza-
tione omnium et singulorum Oppositorum hujusmodi sic (ut prefertur) citat et intimat etc. et
nullo modo comparen nec aliquid in hac parte opponen curan dictus venerabilis vir
Thomas Rives ad petitionem dicti magistri Cresheld ut supra accusan eorum contumacias
et peten etc. pronuntiavit eos et eorum quemlibet contumaces et in penam contumaciarum
suarum hujusmodi ad petitionem dicti magistri Cresheld decrevit procedendum fore ad
prolationem Sententie diffinitive in hujusmodi causa sive negotio confirmationis ferend
Ipsorum sic citatorum etc. et non comparen absentia sive contumacia in aliquo non obstan
prout in alia schedula per eundem venerabilem virum lecta continetur Quibus expeditis prestito
per prefatum Reverendum patrem dominum electum antedictum ad sancta dei Evangelia
per eum corporaliter tacta et deosculata tam de agnoscenda Regiam Supremam potestatem
in causis Ecclesiasticis et temporalibus ac de renuntiando refutando et recusando omni et omni-
moda jurisdictioni potestati authoritati et superioritati forinsecis juxta vim formam et effectum
Statuti Parliamenti hujus inclyti Regni Anglie in ea parte edit et provis necnon de
legitima et Canonica obedientia prenominato Reverendissimo in Christo patri et domino
domino Guilielmo Archiepiscopo Cant ac Ecclesie Cathedrali et Metropolitice Christi Cant
et Successoribus suis quam de Simonia non commissa pro vel de procuratione sive acquisitione
Episcopatus Norwicen predict juxta Canonem in ea parte editum etc. Prefatus venerabilis vir
Thomas Rives ad petitionem prefati magistri Cresheld porrigentis Sententiam et peten-
tis eandem ferri et Justitiam fieri pro parte sua legit tulit et promulgavit Sententiam sive
finale decretum in dicto Confirmationis negotio in scriptis concept pronuntiando
decernendo declarando confirmando supplendo ceteraque faciendo prout in eadem Sententia
continetur Super quibus omnibus et singulis tam dictus Reverendus pater dominus
quam memoratus magister Cresheld procurator Decani et Capituli predict me
Notarium publicum predict sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum
sive Instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere
instanter rogavit et requisivit Postremo vero dictus venerabilis vir Thomas Rives
tam ad petitionem dicti Reverendi patris domini electi et confirmati quam memorati magistri
Cresheld procuratoris Decani et Capituli pred decrevit eis literas Testimoniales super
omnibus et singulis premissis sub modo et forma superius specificatis gestis et expeditis
fieri et expediri Presentibus tunc et ibidem magistris Josepho Hall Francisco Gilbert
Roberto Moore et Johanne Holt generosis et alijs testibus.

Tenores vero tam Literarum Patentium Regiæ Majestatis quam totius processus in dicto Confirmationis negotio habit et fact ac superius mentionat sequuntur et sunt tales vizt

Carolus Dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Rex fidei defensor &c Reverendissimo in Christo patri et p̄dilecto et perquam fideli Consiliario nostro Dno Gulielmo providentia divina Cant Archiepo totius Angliæ Primati et Metropolitano ac aliis Episcopis quibuscunque quorum in hac parte interest Salutem. **Cum** Sedes Epalis Norwicen per mortem Naturalem ultimi Episcopi ibm nuper vacaverit Ad humilem petitionem Decani et Capituli Ecclie Cathedralis Sanctæ et individuæ Trinitatis Norwicen predict per Lras nostras Patentes licentiam illis concessimus alium sibi eligend in Epum et Pastorem Sedis predict Quidem Decanus et Capitulum vigore et obtentu Licentiæ nostræ predict Reverendum in Christo patrem ac dnum Dnum Josephum Hall Exon Epum sibi et Ecclie predict elegerunt in Episcopum et Pastorem prout per Lras suas sigillo eorum communi sigillat nobis inde direct plenius liquet et apparet Nos electionem illam acceptantes eidem electioni Regium assensum nostrum adhibemus pariter et favorem et hoc vobis tenore p̄sentium significamus Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiend mandantes quatenus vos eundem Josephum Hall in Epum et Pastorem Ecclie Cathedralis Sanctæ et individuæ Trinitatis Norwicen sic ut p̄fertur electum electionemq predictam confirmamus ceteraq omnia et singula facere peragere et perimplere quæ vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali juxta formam legum et Statut Regni nri Angliæ in hac parte edit et provis velitis cum diligentia favore et effectu. In cujus rei Testimonium has Lras nostras fieri fecimus Patentes Teste meipso apud Westmonasterium vicesimo nono die Novembris Anno Regni nri decimo septimo

Gulielmus providentia divina Cant Archiepus totius Angliæ Primas et Metropolitanus Dilect nobis in Christo venli viro dno Nathanieli Brent militi et legum Doctori Vicario nostro in Spualibus generali et Officiali principali aut eo absente vel impedito venlibus viris Thomæ Ryves legum Doctori Advocato Regio Willmo Sames et Johanni Exton legum respective Doctoribus Salutem et gratiam Cum Lras Patentes Serenissimi in xpo Principis et dni nri dni Caroli dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regis fidei defensoris ac Sigillo suo magno Angliæ sigillatas gerent dat apud Westmonasterium vicesimo nono die mensis Novembris Anno Regni sui felicissimi decimo septimo recepimus in quibus inter alia nobis p̄ceptum est ut electionem Reverendi patris dni Josephi Hall Exon Episcopi ad Episcopatum Norwicen confirmaremus Nos tum ea qua decuit reverentia volentes mandato Regio in ea parte humiliter satisfacere **Ad** examinand cogn discutiend approband et confirmand dictam electionem et personam sic electam secundum juris et Statutorum hujus Regni Angliæ exigentiam ac juxta tenorem formam et effectum mandati Regii predict Nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi quatenus eand electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse vobis conm et divisim constiterit approband et comproband defectusq quoscunq (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et legitime supplendum ceteraq omnia et singula faciend exercend et expediend quæ in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna vobis conm et div.m committimus vices nostras ac plenam in dno tenore p̄sentium concedimus potestatem Juribus nris Archiepiscopalibus Cant ceterisq Emolumentis nobis ac Officiariis et Ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis In cujus rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur p̄sentibus apponi fecimus Datum decimo quinto die mensis Decembris Anno dni 1641 Et nræ Transl Anno nono.

Reverendissimo in Christo patri ac dno dno **Gulielmo** providentia

divina Cant Archiepo totius Angliæ Primati et Metropno seu ejus Vicario in Spualibus
generali Vester humilis et devotus Thomas Eden legum Dror venlium virorum Dnorum
Decani et Capituli Ecclia Collegiatæ Sancti Petri Westm Dom: et Offilis priulis
ltime constitut omnimodam Reverentiam tanto Reverendissimo patri debit cum honore
Cum ex parte Reverendissimæ paternitatis vestræ ostensum sit nobis Electionem Reverendi
in Christo patris ac Dni Josephi Hall permissione divina Exon Episcopi ad Episcopatum
Norwicen per Reverendissimam paternitatem vram confirmand fore Cumq ex certis
Considerationibus justis et rationalibus petitum sit et desideratum ut dicta Confirmatio
infra Ecclesiam Collegiatam Sti Petri Westmonasterij fieret et transigeretur quod
utiq per leges et Canones Ecclia Anglicanæ sine spiali dispensatione in ea parte obtent
juste rite et ltime fieri non poterit Ad examinand igr discutiend approband et
confirmand dictam Electionem et personam sic electam secundum juris et Statutorum
hujus regni Angliæ exigentiam ac juxta tenorem formam et effectum Mandati Regij
Ceteraq omnia et singula faciend exercend et expediend quæ in hac parte necessaria
fuerint seu quomodolibet opportuna vræ Paternitati seu Vicario vro in Spualibus
generali seu alij cuicunq a vobis seu altero vrum ptatem et auctatem sufficientem
in ea parte haben in Capella Regis Henrici septimi infra dcam Ecclesiam Collegiat
Sti Petri Westm quantum in nobis est ac de jure legibus Statutis et Canonibus
Ecclia Anglicanæ possimus Liciam facultatem et ptatem spialem tenore pntium
concedimus In cujus rei Testimonium Sigillum nrum quo in hac parte utimur
pntibus apponi fecimus Dat decimo quinto die mensis Decembris Anno Dni
millesimo sexcentesimo quadragesimo primo.

Pateat universis per pntes Quod Nos Johannes Hassall Sacræ Theologiæ
Professor Decanus Ecclia Cathedralis Sanctæ et individuæ Trinitatis Norwici ex fundacõe
Regis Edwardi sexti et ejusdem loci Capitulum in domo nra Capitulari Capitulariter
congregati et Capitulum ibm facien Dilectos nobis in Christo Stephanum Knight
Arthurum Cressfield et Johannem Donaldson Notarios publicos conjunctim et
divisim ita quod non sit melior conditio occupan nec deterior subsequen sed quod
unus eorum inceperit id ipsorum quilibet libere prosequi valeat mediare
pariter et finire nros veros certos ltimos et indubitatos Procuratores actores
factores negotiorumq nrorum gestores et Nuntios speciales ad infrascripta
nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes Damusq et
concedimus eisdem Procuratoribus nris conjunctim et divisim ut pfertur
potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis et nominibus nris
ac nomine dictæ Ecclesiæ Cathedralis Norwicen Literas nostras Certificator
sigillo nro communi sigillat super electione Reverendi in Christo patris ac Dni
Dni Josephi Hall providentia divina Exonien in Episcopum et Pastorem
dcæ Ecclia Cathedralis Norwici omni cum ea qua decet humilitate et
subjectione Serenissimo in Christo principi ac Domino nostro Domino Carolo dei
gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regi fidei defensori &c presentand
suamq Regiam Majestatem humilr supplicand ut quatenus Electioni hmoi
Regalem suum Assensum et Consensum prebeat ac hmoi Electionem eidem Dno
electo de persona sua in Episcopum et Pastorem Ecclia Cathedralis Norwicen
predict factæ sub sigillo nro communi presentandi et notificandi Eumq instanter
rogand quatus Electionem hmoi sic ut pfertur per nos factam et celebratam ac
acceptare dignaretur Ac insuper alias Literas nostras Certificatorias sub
sigillo nostro predict sigillat Reverendissimo in Christo patri ac Dno Dno
Guilielmo providentia divina Cantuariensis Archiepiscopo totius Angliæ
Primati et Metropolitano pro confirmatione Electionis hmoi etiam humiliter
presentandi et exhibendi eandemq sic fieri petendi et obtinend Ceteraq

facien̄d exercen̄d et expedien̄d que Natura et qualitas Negotij dicte Electõis de se exigant et requirant Ratum et gratum haben̄ et habitur totum et quicquid dicti Procuratores nostri fecerint seu eorum aliquis fecerit seu duxerit facien̄d in p͞missis seu aliquo premissorum per presentes In cujus rei Testimonium Sigillum nrum Commune sive Capitulare presentibus apponi fecimus Dat in domo nra Capitulari decimo sexto die mens Novembris Anno Dni millimo Sexcentesimo Quadragesimo primo.

Guilielmus providentia divina Cant Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus universis et singulis Clericis et Laicis quibuscunq per provinciam nostram Cant ubilet constitutis **Salutem** Cum vacan nuper sede Epali Norwicen per obitum bone memorie Dni Richardi Montacutij ultimi Episcopi et Pastoris ibidem Decanus et Capitulum Ecclie Cathedralis Sancte et individue Trinitatis Norwici ex fundatione Regis Edwardi sexti pro electõe novi et futuri Episcopi ibidem Licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) Reverendum in xpo patrem et venerabilem Confratrem nrum Dnum Josephum Hall Exon Episcopum in eorum et dicte Ecclie Cathedralis Sancte et individue Trinitatis Norwici predict Episcopum et Pastorem elegerint Cumq Serenissimus in Christo Princeps ac dominus noster dnus Carolus dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex fidei defensor &c ad humilem petitõem eorundem Decani et Capituli eidem Electõi de persona prenominati Reverendi patris Dni Electi facte et celebrate Regium suum assensum adhibuerit pariter et favorem prout per Lras suas Patentes Regias magno sigillo Anglie suo sigillatas Nobis significaverit Mandando quatenus Nos Electõem predictam et personam electam confirmare juxta formam Statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accomoda prout per easdem Literas Patentes Regias ad quas habbatur relatio plenius liquet et apparet Nos vero volentes ejusdem Domini nostri Regis mandatis pro officij nostri debito parere ac in hmoi Confirmationis negotio juxta Juris et Statutorum hujus Regni Anglie exigentiam procedere Omnes et singulos Oppositores (si qui sint) qui contra dictam Electõem formam ejusdem aut personam electa in hac parte dicere excipere vel opponere voluerint ad diem hor locum et effectum infrascript monendos et citandos fore decreverimus Justitia mediante **Vobis** igitur conjunctim et divisim committimus ac firmiter injungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie altaq et intelligibili voce intra Ecclesiam pochalem beate Marie Virginis de Arcubus London nostri et Ecclie nre Cathedralis et Metropitce Christi Cant Jurisdiccõis immediate necnon per affixionem p͞sentium in aliquo loco convenien intra eand Ecclesiam parochialem vel in alijs locis publicis ubi videbitur expediens omnes et singulos Oppositores (si qui sint) in spie alioquin in genere qui contra dictam Electõem formam ejusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerunt Quod compareant et eorum quilet compareat coram nobis aut Vicario nro in Spualibus generali et Officiali principali vel Commissarijs nostris aut eorum aliquo in hac parte quorumcunq In Capella Regis Henrici septimi ad finem Orientalem Ecclie Collegiate Divi Petri Westm die Jovis decimo sexto viz die instantis mensis Decembris inter horas octavam et decimam ante meridiem ejusdem diei cum continuatõe et prorogatõe dierum extunc sequen et loci (si oporteat in ea parte fiend) contra dictam Electõem formam ejusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita juris forma dictur excipitur et opponitur Ulteriusq facturi et recepturi quod justum fuerit in hac parte et dicti negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt **Intimetis** preterea modo et forma precitatis omnibus et singulis Oppositoribus (si qui sint) in specie alioquin in genere quibus Nos etiam harum serie intimamus quod sive ipsi sit citati dictis die hora et loco coram nobis aut Vicarius noster in Spiritualibus generalis vel Commissarius noster hujusmodi comparuerint contra dictam electionem formam ejusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint sive non Nos Nihilominus in dicto negotio Confirmacionis juxta Juris et Statutorum hujus Regni Angliae exigentiam procedemus et procedere intendimus seu sic procedere intendit Vicarius noster in Spiritualibus generalis vel Commissarius noster predictus ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia seu potius contumacia in aliquo non obstante Et quid in premissis feceritis Nos aut Vicarium nostrum in Spiritualibus generalem antedictum vel Commissarium nostrum cum debite et autentice certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus Datum decimo quarto die mensis Decembris Anno Domini millesimo Sexcentesimo Quadragesimo primo Et nostrae Translationis Anno nono

Reverendissimo in Christo patri et Domino Domino Willielmo providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Angliae Primati et Metropolitano vestrove Vicario in Spiritualibus generali et Officiali principali aut Commissario vestro cuicunque in hac parte specialiter deputato Vester humilis et devotus Johannes [illegible] Clericus vester ad infrascripta Mandatarius legitime constitutus omnimodam reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas et condignas cum honore Mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequendum Cujus vigore pariter et auctoritate Omnes et singulos Oppositores si qui sint tam in specie quam in genere qui contra retronominatam electionem formam ejusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint per affixionem ejusdem Mandati vestri in valvis exterioribus Ecclesiae parochialis beatae Mariae Virginis de Arcubus London retroscriptae et ibidem aliquamdiu manentis die Martis decimo quarto videlicet die instantis Decembris peremptorie citavi Quod compareant et eorum quilibet compareat coram vobis die horis et loco in hujusmodi vestro Reverendissimo mandato contentis et specificatis contra dictam electionem formam ejusdem aut personam electam hujusmodi si sua putaverint interesse in debita juris forma dicturus excepturus et oppositurus Ulteriusque facturus et recepturus quod tenor et effectus ejusdem vestri mandati Reverendissimi de se exigunt et requirant Et praeterea dictis die et loco Oppositoribus dictis sic ut praefertur citatis intimavi Quod sive ipsi dictis die hora et loco comparuerint et quae imperata sunt fecerint sive non Vos Nihilominus aut Dominationis vestrae antedictus in hujusmodi confirmationis negotio juxta juris et Statutorum hujus Regni Angliae exigentiam procedetis seu procedet Ipsorum sic Citatorum et non comparentium absentia seu potius contumacia in aliquo non obstante Et sic ego Mandatarius antedictus Mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum hujusmodi quantum in me fuit debite et humiliter sum exequutus In cujus rei Testimonium Sigillum venerabilis viri Decani sive Commissarii Decanatus de Shoreham et Croydon presentibus apponi procuravi Et Nos Decanus sive Commissarius antedictus ad specialem rogatum dicti Certificantis sigillum nostrum hujusmodi presentibus apponi fecimus Datum decimo quinto die mensis Decembris Anno Domini millesimo Sexcentesimo quadragesimo primo

In dei nomine Amen Nos Thomas Rives legum Doctor Advocatus Regius Necnon Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Guilielmi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Angliae Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios ad infrascripta conjunctim et divisim specialiter et legitime deputatus et constitutus in negotio Confirmationis Electionis de persona Reverendi in Christo patris Domini Josephi Hall Exoniensis Episcopi in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Norwicensis electi factae et celebratae rite et legitime procedentes omnes et singulos Oppositores (si qui sint) qui contra dictam Electionem formam ejusdem aut

Personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam Electionem ejusdem formam aut personam in hac parte electam in debita juris forma dicturos excepturos vel opposituros alias ltime et peremptorie citatos sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparen ad petitionem Procuratoris Decani et Capituli Ecclesie Cathedralis Norwicen predict pronuntiamus contumaces et in penam contumaciarum suarum hujusmodi viam ulterius opponendi contra dictam Electionem formam ejusdem aut personam electam hmodi eis et eorum cuilibet precludimus in his scriptis Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore juxta Juris et Statutorum hujus Regni Anglie exigentiam ipsorum sic citatorum et non ll comparentium absentia sive contumacia in aliquo nonobstan.

Lecta fuit hujusmodi schedula per pfatum venlem virum Thomam Rives legum doctorem Commissarium etc die hora et loco in Act mentionat etc

In Dei Nomine Amen Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et dno dno Guilielmo providentia divina Cantuariensis Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano ad infrascript auctoritate Parliamenti Anglie, mediantibus Commissionalibus Paten Serenissimi in Christo Principis et Dni nri Dni Caroli dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris etc sufficienter et ll ltime fulcito vestrove Vicario in Spualibus generali et Officiali principali ltime constitut aut Commissarijs vris quibuscunque ll in hac parte spialr deputatis eorumve aliquo quocunque Pars venlium virorum Decani et Capituli Ecclie Cathedralis Sancte et individue Trinitatis Norwicen dicit allegat et in his scriptis ad omnem juris ll effectum exinde sequi valen per viam summarie petitionis in Jure proponit articulatim prout sequitur.

1 Imprimis Quod sedes Epalis Norwicen per obitum Reverendi in Christo Patris dni Richardi Mountagulij ultimi Episcopi et Pastoris ibidem nuper vacare cepit et aliquandiu vacavit Pastorisque solatio destituta extitit et existit in presenti Hocque fuit et est verum publicum Notorium manifestum pariter et famosum Et ponit conim et divisim et de quolibet.

2 Item Quod dicta Sedes Episcopal Norwicen dudum (ut pfertur) vacan Decanus et Capitulum Ecclie Cathedralis Norwicen Capitlr congregati et Capitulum facien Licentia Regia primo in ea parte petita et obtenta certum diem et domum suam Capitularem in Ecclia Cathlis predict pro electione novi et futuri Episcopi Norwicen facienda et celebranda unanimiter et concorditer prefixerunt ac omnes et singulos ejusdem Ecclie Cathlis Canonicos et Prebendarios jus vocis aut interesse in Eadem Electione habentes seu habere ptendentes ad diem et locum predict in hmōi negotio processuros et procedi visuros ltime et pempt citari fecerunt Hocque fuit et est verum publicum Notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

3 Item Quod pfati Decanus et Capitulum die et loco pfixis decimo sexto viz die mensis Novembris Anno Dni millimo Sexcentesimo quadragesimo primo jam curren ll ltr capitulariter congregati et plenum facien servatis primitus per eos de Jure et Statutis hujus Regni Anglie in ea parte servandis habitoque per eos tractat diligenti de persona idonea eligenda in Epum et Pastorem Ecclie Cathedralis predict tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicen vel reclaman Reverendum in Christo patrem Dnum Josephum Hall Epum Exon in eorum et dicte Ecclie Cathlis

Episcopum et Pastorem elegerunt et Ecclie predict de eadem providerunt Et ponit
ut supra./

4 Item Quod Electio hmoi et persona sic electa die prenominata Ecclia Cathedral
Norwicen predict coram Clero et populo tunc et ibidem in numero copioso congregat
debite publicata et declarata fuerunt Et ponit ut supra./

5 Item Quod dictus Reverendus pater Dominus electus electioni hmoi de persona
sua in Episcopum et Pastorem Ecclie Cathedralis Norwicen predict (ut prefertur)
fact et celebrat ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli debitis
loco et tempore consentiebat et consensum suum eidem prebuit in scriptis per
eum lectis Et ponit ut supra.

6 Item Quod dictus Reverendus pater Dominus electus fuit et est vir providus et
discretus sacrarum Lrarum eminenti scientia vita et moribus merito commendatus
liber et de ltimo matrimonio procreatus atque in etate ltima et sacerdotali constitutus
necnon Deo devotus et Ecclesie memorate apprime necessarius Hocque fuit et est
verum publicum Notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut
supra.

7 Item Quod prenominati Decanus et Capitulum hmoi electionem et personam electam
Serenissimo Dno nro Carolo Regi per Lras suas Patentes Sigillo eorum
communi roboratas pro Officij sui debito iuxta Statuta huius Regni Inclite
Anglie significarunt et intimarunt Et ponit ut supra./

8 Item Quod presentato pro parte dictorum Decani et Capituli Regie sublimitati
processu Electionis hmoi Idem Serenissimus Dominus noster Rex pro sua Clementia
Regia electioni hmoi de persona prenominati Reverendi Pris Domini Josephi Hall
Exon Episcopi (ut prefertur) fact et celebrat consensum et assensum suos gratiose
adhibuit et adhibet illamque ratum et gratum habuit et habet Et ponit ut supra./

9 Item Quod dictus Serenissimus Dnus noster Rex vobis prefato Reverendissimo
patri de assensu et consensu suis Regijs huiusmodi Electioni (ut prefertur) adhibitis
per Lras suas Patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit
verum etiam earundem Lrarum suarum Patentium serie vobis rogando mandavit
Quatenus vos Electionem predict et personam electam hmoi confirmare Ceteraque
peragere et perimplere que vro in hac parte incumbunt Officio pastorali iuxta
formam Statuti in ea parte editi et Lrarum Paten hmoi seriem velitis cum
effectu et favore Hocque fuit et est verum publicum Notorium manifestum pariter et
famosum Et ponit ut supra./

10 Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica Notoria manifesta
pariter et famosa atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica
vox et fama Unde facta fide de iure in hac parte requisit ad quam faciend offert
pars dictorum Decani et Capituli se prompt et parat pro loco et tempore congruis
et opportunis petitque eadem pars eandem Electionem et personam electam confirmari
fore decerni et cum effectu iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigen
Necnon Lrarum Paten hmoi vobis directarum in hac parte seriem Curamque
Regimen et Administrationem Spualium Epatus Norwicen predict eidem
Dno Electo committi Ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti
Epatus Norwicen Iuriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinen
suarum universorum inducend installand et intronizand fore decerni Ulteriusque
fieri statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscunque quod Juris
fuerit et rationis supplendo defectus quoscunque in hac parte intervenien Quod
proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non arctans
se ad omnia et singula premissa probandum Nec ad onus superflue probationis de qua
protestatur sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis Juris
beneficio in omnibus semper salvo vestrum Officium Domine Judex aut edit

humilr implorand.

Reverendissimo in Christo Patri ac Dño Dño Guilielmo providentia divina Cantuariensis Archiepo totius Angliæ Primati et Metropolitano Vestri humiles et devoti Johannes Hassall Sacræ Theologiæ Professor Decanus Ecclesiæ Cathedralis Sanctæ et individuæ Trinitatis Norwici ex fundatione Regis Edvardi sexti et ejusdem Ecclesiæ Capitulum omnimodam Reverentiam tanto Reverendissimo patri debitam cum honore Vestræ Reverendissimæ Paternitati tenore pñtium significamus et notum facimus quod sede Epali Norwicen per mortem naturalem Reverendi in Xpo patris Dñi Richardi Mountacutij ultimi Episcopi ibidem jam vacan et Pastoris solatio destituta Nos Decanus et Capitulum antedicti vigore et auctate Liciæ Regiæ Majestatis Nobis et Ecclesiæ Cathli predict de alio in Epum et Pastorem eligend fact et concess in domo nrõ Capitulari Capitulariter congregati et Captum ibm facien die dat pñtium servatis primitus per Nos omnibus et singulis de jure in hac parte servandis habitoq inter nos maturo et diligenti tractatu de persona in ea parte eligend tandem in Reverendum in Christo prem ac Dnum Dnum Josephum Hall Episcopum Exonien per Serenissimum Dnum Carolum Regem nostrum spialr nominatum et comendatum vota nra direximus Ipsumq vigore dictæ Licentiæ in nrum et in dictæ Ecclesiæ Cathedralis Norwicen Epum et Pastorem unanimiter et concorditer eligimus prout per Lras nostras Certificatorias dco Dño nro Regi in ea parte directas et transmissas plenius liquet et apparet. Vestram igitur Reverendissimam paternitatem tenore presentium humiliter supplicamus et in Dño rogamus quatus dictam nram Electionem sic per Nos (ut prefertur) de persona dicti Reverendi Patris fact et celebrat confirmare, Ceteraq facere et peragere quæ ad Officium vrum Archiepiscopale in hac parte quomodolet spectat dignetur eadem vestra Paternitas cum favore Sicq Deum optimum et maximum assiduis precibus pro amplitudinis vestræ salute et longissimis annis sollicitemus ut Ecclesiæ Anglicanæ Ornamento et Presidio diutissime sis futurus. In cujus rei testimonium Sigillum nrum Commune sive Capitulare pñtibus apponi fecimus Dat in domo nra Captlari decimo sexto die mensis Novembris Anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo primo.

Reverendo in Christo patri ac Dño Dño Josepho providentia divina Exon Episcopo Johannes Hassall Sacræ Theologiæ Professor Decanus Ecclesiæ Cathlis Sanctæ et individuæ Trinitatis Norwici ex fundatione Regis Edvardi sexti et ejusd Ecclesiæ Capitulum omnimodam obedientiam et reverentiam tanto Reverendo patri debitam Vestræ Reverendæ Paternitati tenore pñtium significamus et notum facimus Quod vacan sede Epali Norwicen per mortem naturalem Reverendi in Christo patris Dñi Richardi Montacutij nuper Episcopi ibm Nos Decanus et Captum antedicti Licentia et auctate Serenissimi in Christo Principis ac Dñi nri Dñi Caroli dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regis fidei defensoris &c Nobis in hac parte fact et concess ad effectum eligendi novum Episcopum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis predict In domo nostra Capitulari Capitulariter congregati et Capitulum ibm facien Servatisq per nos de jure in hac parte omnibus et singulis servandis habito per nos maturo tractatu de persona idonea in ea parte eligend Tandem in vestram Reverentiam vota nostra direximus Eandemq vram Reverentiam per Regiam Majestatem nobis nominatam et comendatam in nostrum et dictæ Ecclesiæ Cathedralis Episcopum et Pastorem unaniter eligimus et Electionem hujusmodi dicto Illustrissimo Dño Regi nostro per Literas nostras Certificatorias sigillo nostro Communi sigillat significamus et notum facimus Quatenus vestram Reverentiam humiliter rogamus quatenus vos Electioni hujusmodi de persona vestra sic vt premittitur personas facta consentire assensumque et consensum vestros ibidem perhibere gratiose dignemini In cujus rei Testimonium sigillum nostrum Commune sive Capitulare presentibus apponi fecimus Dat in domo nostra Capitulari decimo sexto die Novembris Anno Domini millesimo Sexcentesimo quadragesimo primo.

In dei Nomine Amen per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum Quod die Jovis decimo sexto viz.t die mensis Decembris Anno Domini millesimo Sexcentesimo quadragesimo primo Regnique Serenissimi in Christo Principis et Domini nostri Domini Caroli dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c Anno decimo septimo In Capella Regis Henrici septimi infra Ecclesiam Collegiatam Beati Petri Westminster Coram me Carolo Wade Notario publico subscript ac testium inferius nominatorum presentia Constitutus personaliter magister Arthurus Sketheld Notarius publicus Almeque Curie Cant de Arcubus London Procuratorum generalium unus exhibuit Procuratorium suum literatorie pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesie Cathedralis Sancte et individue Trinitatis Norwici ex fundatione Regis Edwardi sexti sigillo eorum (vt apparuit) sub cera rubea sigillat ei inter alios concessum et directum factum et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit Reverendo in Christo patri Dno Josepho Hall permissione divina Exon Episcopo tunc et ibidem personaliter presenti literas quasdam Testimoniales sive Certificatorias sigillo communi eorundem Decani et Capituli vt apparuit sub cera rubea etiam sigillat de et super Electione dicti Reverendi patris in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Sancte et individue Trinitatis Norwicen predict fact et celebrat ac eundemque Reverendum patrem Dnum electum instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit quatenus eidem Electioni de ipso et ejus persona vt premittitur fact et celebrat consentire ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur Qui quidem Reverendus pater Dnus electus Norwicen antedict sic requisitus et interpellatus (prehabita prius per eum matura deliberatione) Electioni predict de ipso et ejus persona (vt premittitur) facta et celebrata consentiebat et consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis prout in schedula quam in manibus suis tunc tenens perlegebat continetur Cujus quidem schedule verus tenor sequitur et est talis viz.t In Dei Nomine Amen Ego Josephus Hall permissione divina Exon Episcopus in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Sancte et individue Trinitatis Norwici ex fundatione Regis Edwardi sexti rite et legitime nominatus et electus atque ad consentiendum hujusmodi Electioni de me et persona mea in hac parte fact et celebrat ex parte et per parte venerabilium virorum Decani et Capituli ejusdem Ecclesie Cathedralis instanter rogatus et requisitus (Dei Omnipotentis clementia fretus) Electioni hujusmodi de me et persona mea sic (vt prefertur) fact et celebrat ad honorem Dei Omnipotentis patris filii et Spiritus Sancti consentio eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in his scriptis Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus Reverendus Pater Dnus electus quam memoratus magister Arthurus Sketheld procurator antedictus me Notarium publicum antedictum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogarunt et requisiverunt Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur sub Annis Domini Regnique Regie Majestatis nostre Die et loco predictis Presentibus tunc et ibidem magistris Josepho Hall Francisco Gilbert et Roberto Moore testibus ad premissa videndum audiendum et testificandum vocatis specialiter et requisitis.

Et ego Sacvilus Wade Roffen dioces notarius publicus auctoritate Regia notarius Quia premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur sub Annis dni Regnique Regie Majestatis mense die et loco predictis agebantur et fiebant unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui Eaque omnia et singula sub modo et forma prenominatis fieri geri et expediri vidi scivi et audivi atque in notam sumpsi Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu mea propria fideliter script exinde confeci et in hanc publicam et autenticam formam redegi Signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et me hic subscripsi in fidem et Testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus ad id specialiter et requisitus

Per me Sacvilum Wade no: pub: antedictum

In dei nomine Amen Nos Thomas Rives legum doctor Advocatus Regius necnon Reverendissimi in Christo pris et dni dni Gulielmi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Angliæ Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios ad infrascript conjunctim et divisim specialiter et ltime deputatus et constitutus In negotio Confirmationis Electionis de persona Reverendi in Christo patris domini Josephi Hall Exon Episcopi in Episcopum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis Norwicen electi fact et celebrat rite et ltime procedens omnes et singulos (si qui sint) Oppositores qui contra dictam Electionem formam ejusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam Electionem formam ejusdem aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dicturos excepturos vel Oppositiuros alltime et peremptorie citatos sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dictam electionem formam ejusdem aut personam electam hujusmodi aliquid dicentes excipientes vel opponentes ad petitionem Procuratoris Decani et Capituli Ecclesiæ Cathedralis Norwicen predict pronuntiamus contumaces et in penam contumaciarum suarum hujusmodi decernimus procedend fore ad prolationem Sententiæ nostræ diffinitivæ sive nostri finalis decreti in hujusmodi negotio ferend ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan

Lecta fuit hujusmodi schedula per prefatum venerabilem virum Thomam Rives legum doctorem Commissarium &c die hora et loco in Act mentionat &c

In Dei Nomine Amen Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per Nos Thomam Rives legum doctorem Advocatum Regium necnon Reverendissimi in Christo pris et dni dni Gulielmi providentia divina Cantuarien Archiepiscopi totius Angliæ Primatis et Metropolitani Commissarium inter alios ad infrascripta conjunctim et divisim specialiter et ltime deputatum et constitutum Meritis et Circumstantijs cujusdam causæ sive negotij Confirmationis Electionis de persona Reverendi in Christo pris dni Josephi Hall Exon Episcopi in Episcopum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis Stæ et individuæ Trinitatis Norwici electi fact et celebrat Quod coram nobis in Judicio aliquandiu vertebatur vertiturque in presenti et pendet indecisum Rimatoque primitus per Nos toto et integro processu coram nobis in dicto Confirmationis negotio habito et facto atque diligenter recensito Servatisque per nos de Jure et Statutis hujus Regni Angliæ in ea parte servandis ad nostræ Sententiæ diffinitivæ sive nostri finalis decreti prolationem in dicto Confirmationis negotio ferendæ sic duximus procedend fore et procedimus in hunc qui sequitur modum Quia per Acta inactitata deducta allegata proposita exhibita probata et confessata coram nobis in hujusmodi negotio Confirmacois comperimus luculenter et invenimus elecconem predictam per Decanum et Capitulum Ecclie Cathis Sancte et individue Trinitatis Norwicen predict de prenominato Reverendo Patre Dno Josepho Hall electo hmoi viro utiq provido et discreto vita et moribus merito commendato libero et de legitimo matrimonio procreato atq in etate ltima et ordine sacerdotali constituto rite et ltime factam et celebratam fuisse et esse Nihilq eidem Reverendo patri electo hmoi de institutis Ecclicis obviasse seu obviare Quominus in Episcopum Norwicen autoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari Ideirco Nos Thomas Rives legum doctor Advocatus Regius ac Commissarius et Judex antedictus sic (ut premittitur) specialr constitutus attentis premissis et aliis virtutum meritis super quibus prefatus Dominus Electus Norwicen fidedigno commendatur testimonio Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum Deum oculis suis preponen et haben de et cum consilio Jurisperitorum quibus in hac parte communicavimus prenominatam Electionem de eodem Reverendo Patre Dno Josepho Hall Exon Episcopo factam et celebratam autoritate qua fungimur confirmamus defectusq quoscunq in dicto Confirmacois negotio intervenien (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de jure possumus supplentes et supplemus Necnon Curam regimen et administracoem Spualium dicti Epatus Norwicen eidem domino electo et confirmato committimus Ipsumq in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Norwicen Juriumq dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentiarum suorum universor inducend et intronizand fore per Archinum Cant seu ejus vicem tenentem juxta Ecclie Cathedralis Norwicen predict morem et consuetudinem (legibus et Statutis hujus Regni Anglie non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nram Sententiam diffinitivam sive hoc nrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in his scriptis.

Lecta fuit hujusmodi Sententia per prefatum venlem virum Thomam Rives legum doctorem Commissarium &c die Jovis decimo sexto viz die mensis Decembris Anno Domini millesimo Sexcentesimo quadragesimo primo In Capella Regis Henrici septimi infra Ecclesiam Collegiatam beati Petri Westm inter horas octavam et decimam ante meridiem ejusdem diei ad petitionem magistri Arthuri Bresheld Procuratoris Decani et Capituli Ecclie Cathis Sancte et individue Trinitatis Norwicen In pntia mei Caroli Wade Notarii publici &c Super quibus &c requisivit me &c testesq &c presentibus tunc et ibm testibus in Actis mentionat &c.

Guilielmus providentia divina Cant Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus ad infrascripta autoritate Parliamenti hujus inclyti Regni Anglie mediantibus Lris Commissional Paten Serenissimi in Christo Principis et Dni nri domini Caroli dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c sufficienter et ltime fultus. Venerabili viro Willmo Kingsley Sacre Theologie Professori Archino nro Cant in Ecclia nra Cathedrali et Metropolitica Christi Cant Salutem et Gratiam Cum vacante nuper sede Epali Norwicen per obitum bone memorie Dni Richardi Mountague ultimi Episcopi et Pastoris ibidem Decanus et Capitulum Ecclie Cathedralis Sancte et individue Trinitatis Norwici (Licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) Reverendum in Christo Patrem dnum Josephum Hall Exon Epum in eorum et dicte Ecclie Cathis Norwici Epum et Pastorem elegerint et Ecclie Cathedrali predict de eodem providerint Cumq etiam nos Electionem predictam de persona prefati Reverendi pris (ut prefertur) factam et celebratam et personam sic electam (servatisq de jure et Statutis hujus-

Regni Angliæ in ea parte servandis) auctoritate qua supra confirmaverimus Fideiq dicto
Electo et confirmato Curam regimen et Administrationem Spualium dicti Epatus ~
Norwicen Juriumq dignitatum honorum preheminentiarum et pertinen suorum ~
universorum induend installand et intronizand fore decreverimus justitia mediante
Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus quatenus p'fatum Reverendum patrem dnum ~
Josephum Hall sic ut p'fertur electum et confirmatum seu procuratorem suum ltimum
ejus nomine ac pro eo in realem et actualem et corporalem possessionem dci Epatus —
Norwicen Juriumq dignitatum honorum preeminentiarum et pertinen suorum ~
universorum inducas installes et intronizes seu sic induci installari et intronizari ~
facias cum effectu Cathedramq sive sedem Epalem in Ecclia Cathedrali Norwicensis
predict Episcopo ibm assignari solit et consuet (uti moris est) assignes et eum in
nomine Dni nri Jesu Christi imponas prout decet Juribus et Consuetudinibus
nostris Archiepiscopalibus et Ecclia nra Cathis et Metropoline Christi Cant
et Ecclia Cathis Stæ et individuæ Trinitatis Norwici pred dignitatibus et ~
honoribus in omnibus semper salvis In cujus rei Testimonium Sigillum (quo
in hac parte utimur) p'ntibus apponi fecimus Dat decimo sexto die mensis ~
Decembris Anno Dni millimo Sexcentmo quadragesimo primo Et nra translacionis
Anno nono. ~/

Vicesimo die mensis Decembris Anno Dni millimo ~
Sexcentmo quadragesimo primo Emanavit Inductio vigore —
mandati suprascripti venlibus viris Johanni Hassall Sacræ
Theologiæ Professori Decano Ecclia Cathis Stæ et individuæ —
Trinitatis Norwici Clementi Corbett legum doctori et
Smith Cliro con:m et div:m &c ad inducend et intronizand predict
Reverendum patrem &c.

Acta habita et ~

facta in negotio Confirmationis Electionis —
de persona venerabilis viri Thomæ Winniffe
Sacræ Theologiæ Professoris in Epum et Pastorem
Ecclia Cathedralis beatæ Mariæ Lincoln electi —
die Sabbati quinto viz: die mensis Februarij Anno
Dni stilo Angliæ 1641 Regni Serenissimi in ~
Christo principis et domini nostri domini Caroli
dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ
Regis fidei defensoris &c Anno decimo septimo
In Ecclia parochiali Sancti Benedicti prope —
Ripam Paulinam Civitatis et diocesis London
Cantuar provinciæ inter horas secundam et ~
quartam post meridiem ejusdem diei coram venli
viro Nathanieli Brent milite legum doctore
Vicario in Spualibus generali et Officiali principali
Necnon Reverendissimi in Xpo patris et Dni
Dni Gulielmi providentia divina Cantuar
Archiepiscopi totius Angliæ Primatis et ~
Metropolitani Commissario inter alios ad infrascript
conjunctim et divisim spiall et ltime deputat

Et constitut In presentia mei Caroli Wade Notarii publici

Dictis die et loco atque inter horas predictas presentatis coram prefato venerabili viro domino Nathaniele Brent milite et legum doctore ac Comissario &c judicialiter et pro Tribunali sedente literis Patentibus Regiis &c necnon literis Comissionalibus dicti Reverendissimi patris eidem venerabili viro et aliis conjunctim et divisim in hac parte factis eidemque demandato dicti venerabilis viri per me Notarium publicum antedictum publice lectis Idem venerabilis vir dominus Nathaniel Brent ob honorem et reverentiam dicti Domini nostri Regis et memorati Reverendissimi acceptavit in se onus Executionis dictarum literarum Patentium et Comissionalium et decrevit procedendum fore juxta tenorem vim formam et effectum earundem Deinde comparuit personaliter magister Robertus Davies Notarius publicus Almae Curiae Cantuariensis de Arcubus London Procuratorum generalium unus et exhibuit procuratorium suum literatorium pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesiae Cathedralis beatae Mariae Lincoln sigillo eorum communi (ut apparuit) sub cera viridi sigillat et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem presentavit eidem venerabili viro domino Nathanieli Brent venerabilem virum Thomam Wynniffe sacrae Theologiae Professorem in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Lincoln electum et ipsum examine Confirmationis sistebat Et tunc dictus magister Davies exhibuit mandatum Citatorium originale alias contra Oppositores in huiusmodi negotio emanat una cum Certificatorio indorso super Executione ejusdem et petiit omnes et singulos Oppositores huiusmodi publice preconizari Quibus tunc et ibidem publice trina vice preconizat et nullo modo comparentibus &c prefatus magister Davies accusavit contumacias omnium et singulorum Oppositorum huiusmodi si qui sint (ut prefertur) ad hos diem horam et locum citat et intimat &c modo predict preconizat et nullo modo comparentium nec aliquid in hac parte dicentium excipientium vel opponentium curantium et petiit eos reputari contumaces et in poenam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi in huiusmodi causa sive negotio eis et eorum cuilibet precludi &c Ad cujus petitionem dictus venerabilis vir dominus Nathaniel Brent pronuntiavit eos omnes et singulos sic citatos intimatos preconizatos et nullo modo comparentes nec aliquid in hac parte dicentes excipientes vel opponentes curantes contumaces et in poenam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam Electionem formam ejusdem aut personam in hac parte electam eis et eorum cuilibet preclusit necnon ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore decrevit ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante in aliquo non obstante prout in schedula per eum tunc lecta continetur Quibus sic gestis prefatus magister Davies in poenam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium dedit summariam petitionem in scriptis quam petiit admitti &c qua quidem summaria petitione per dominum recepta et considerata Idem venerabilis vir admisit dictam summariam petitionem quatenus de jure &c et decrevit procedendum fore summarie et de plano &c et assignavit dicto magistro Davies terminum ad probandum eandem summariam petitionem ad statim Et tunc dictus magister Davies in subsidium probationis Contentorum in dicta summaria petitione exhibuit literas Patentes Regias de assensu suo regio superius mentionat per quas apparuit memoratos Decanum et Capitulum Ecclesiae Cathedralis Lincoln predict prenominatum venerabilem virum Thomam Wynniffe in eorum et dictae Ecclesiae Cathedralis Lincoln Episcopum et Pastorem elegisse Regiamque Majestatem eidem Electioni assensum suum Regium adhibuisse exhibuit etiam bina Certificatoria unum eorum direct Reverendissimo in Christo patri domino Archiepiscopo Cantuariensis alterumque domino Electo huiusmodi de et super electione sua in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Lincoln predict sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sub cera viridi sigillat Ac etiam Instrumentum publicum super consensu prefati domini Electi eidem electioni adhibito Et allegavit omnia et singula in dictis respective exhibitis contenta fuisse et esse vera ac habita et gesta prout in eisdem respective continetur petendo terminum sibi assignari ad audiendum

Sententiam sive finale decretum in hac causa Cujus petitionem dnus venlis vir dnus Nathaniel Brent in pœnam &c assignavit ad audiend Sentiam ad statim consequenter preconizatis alias publice trina vice preconizatorum omnium et singulorum Oppositorum huiusmodi sic ut prefertur citat et intimat ac ut nullo modo comparen nec aliquid in hac parte opponere curan dnus venlis vir dnus Nathaniel Brent ad petitionem dicti magistri Davies et super accusatis eorum contumacias et peten &c pronuntiavit eos et eorum quemlibet contumaces et in pœnam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem dicti magri Davies decrevit procedend fore ad prolationem Sententie Diffinitive in huiusmodi causa sive negotio Confirmationis ferend Ipsorum sic citatorum &c absentia sive contumacia in aliquo non obstan prout in alia schedula per eundem venlem virum dnum Nathanael Brent lect continetur huius expeditis prestitoque Juramento per prefatum venerabilem virum dnum Electum antedictum ad Sancta dei Evangelia per eum corporalit tacta et deosculata tam de agnoscendo Regiam Supremam ptatem in causis Ecclesiasticis et temporal ac de renuntiando refutando et recusando omni et omnimode Juri ptati auctati et superioritati forancis juxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius Inclyti Regni Anglie in ea parte edit et provis necnon de Ultima et Canonica obedientia prenominato Reverendissimo in Christo patri et dno dno Gulielmo Archiepo Cantuar ac Ecclie Cathedrali et Metropitan Christi Cantuariens et Successoribus suis quam de Simonia non commissa prout de procuratione sive acquisitione Epatus Lincoln pred juxta Canonem in ea parte editum &c prefatus venlis vir dnus Nathaniel Brent ad petitionem prefati magistri Davies porrigen Sententiam et peten eandem ferri et justitiam fieri pro parte sua legit tulit et promulgavit Sententiam sive finale decretum in dicto confirmationis negotio in script concept pronuntiando decernendo declarando confirmand supplendo ceteraque faciendo prout in eadem Sententia continetur Super quibus omnibus et singulis tam dnus venlis vir dnus Electus quam memoratus Magister Davies procurator Decani et Capituli predict me Notarium publicum predict sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit Postremo dict venlis vir dnus Nathanael Brent tam ad petitionem dci venlis viri dni Electi et confirmati quam memorati magri Davies procuris Decani et Capituli predict decrevit eis Literas Testimoniales super omnibus et singulis premissis sub modo et forma superius specificatis gestis et expeditis fieri et expediri presentibus tunc et ibidem venli viro dno Johanne Lambe milite et legum doctore Alme Curie Cant de Arcubus London Officiali necnon magris Thoma Adams Clico in Artibus magistro Rectore Ecclie parochialis Sancti Benedicti prope ripam Paulinam London predict Philippo King Clico Henrico Iremonger Georgio Earl et Edmundo Arnold Notariis publicis dicte Curie procuratoribus generalibus Thoma Roper generoso Johanne Holt etiam generoso Apparitore generali sedis Archiepalis Cant Thoma Canoway Clico parochiali Ecclie parochialis Sancti Benedicti predict et Johanne Iremonger Lrato ac aliis testibus &c

Tenores vero tam Literarum Patentium Regie Majestatis quam totius processus in dicto Confirmationis negotio habit et fact ac superius mentionat sequuntur et sunt tales viz:

Carolus dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex fidei defensor &c Reverendissimo in Christo patri ac predilecto et fideli Consiliario nro dno Gulielmo providentia divina Cant Archiepisco totius Anglie Primati et Metropolitano ac aliis quibuscunque Episcopis quorum in hac parte interit Salutem Cum vacan nuper sedes Epali Lincoln per translationem ultimi Episcopi ejusdem ad Archiepiscopat Eboracens ad humilem petitionem Decani et Capituli Ecclie nre Cathid Lincoln pred eidem per Lras nras Patentes licentiam nram concessimus alium sibi eligendi in Episcopum et Pastorem sedis predict. Iidem decanus et Capitulum vigore et obtentu licentia nostra predict dilectum nobis in Christo Thomam Wynnyffe Sacra Theologia Professorem et decanum Ecclia divi Pauli London sibi et Ecclia predict elegerunt in Episcopum et Pastorem prout per Lras suas sigillo eorum communi sigillat nobis inde direct plenius liquet et apparet Nos electionem illam acceptantes eidem electioni regium nrum assensum adhibemus pariter et favorem Et hoc vobis tenore presentium significamus Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter percipiendo mandantes quatenus vos eundem Thomam Wynnyffe in Epum et Pastorem Ecclia Cathedralis Lincoln predict sic ut prefertur elect electionem predictam confirmare et eundem Episcopum et Pastorem Ecclia pred consecrare Ceteraque omnia et singula facere et peragere que vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali juxta formam Statutorum et legum Regni nri Anglia in hac parte edit et provis velitis cum diligentia favore et effectu In cujus rei Testimonium has Lras nostras fieri fecimus patentes Teste meipso apud Westmonasterium vicesimo primo die Januarij Anno Regni nostri decimo septimo.

Guilielmus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglia Primas et Metropolitanus Dilecto Nobis in Christo venerabili viro Dno Nathanieli Brent militi legum doctori Vicario nro in Spualibus generali et Officiali principali aut eo absente vel impedito venerabilibus viris Dno Johanni Lambe militi legum doctori Alma Curia Cant de Arcubus London Officiali principali Thoma Rives legum doctori Advocato Regio Willmo Sammes et Arthuro Ducke legum etiam doctoribus Salutem et gratiam Cum Lras Patentes Serenissimi in Christo Principis et Dni nri Dni Caroli dei gratia Anglia Scotia Francia et Hibernia Regis fidei defensoris etc Sigillo suo magno Anglia sigillatas gerent datum apud Westmonasterium vicesimo primo die mensis Januarij Anno Regni sui felicissimi decimo septimo recepimus in quibus inter alia nobis preceptum est ut Electionem venerabilis viri Thoma Wynnyffe sacra Theologia Professoris ad Epatum London confirmaremus Nos tum ea qua decuit reverentia volentes mandato Regio in ea parte humiliter satisfacere Ad examinand igitur discutiend approband et confirmand dictam Electionem et personam sic electam secundum Juris et Statutorum hujus Regni Anglia exigentiam ac juxta tenorem formam et effectum mandati Regij predict nobis in ea parte facti et directi quatenus eandem Electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse vobis conjunctim et divisim constiterit approband et comproband defectusque (siqui forsan in ea parte intervenerint) rite et legitime supplendum Ceteraque omnia et singula faciend exercend et expediend que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna Vobis conjunctim et divisim committimus vices nras ac plenam in domino tenore presentium concedimus potestatem (Juribus nris Archiepiscopalibus Cantuariensis Ceterisque Emolumentis Nobis ac Officiarijs et Ministris nostris in ea parte competentibus semper salvis et reservatis) In cujus rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Datum tertio die mensis Februarij Anno Dni stilo Anglia millesimo Sexcentesimo Quadragesimo primo Et nostra Translationis Anno nono.

Pateat Universis per presentes Quod Nos Anthonius Topham Sacra Theologia Professor decanus Ecclia Cathedralis beata Maria Lincoln et ejusdem Ecclesia Capitulum dilectos nobis in Christo Robertum Davies Georgium Gaell Henricum Davies Thomam Reeves Arthurum Cresselo Thomam Webb Nicholaum Hount Johannem Fish et Johem Allen Notarios publicos conjunctim et eorum quemlibet per se divisim et insolid ita quod non sit melior conditio occupantis nec deterior subsequentis sed quod unus eorum inceperit id ipsorum quilibet libere prosequi valeat mediare pariter et finire nostros veros certos legitimos et indubitatos Syndicos Procuratores

Actores factores negotiorumque nostrorum gestores et nuntios speciales et generales ad infrascripta omnia et singula nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes Damusque pariter et concedimus eisdem Syndicis et Procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet (ut praefertur) per se divisim et insolidum potestatem et mandatum tam generale quam speciale pro nobis ac vice loco et nomine nostris venerabili viro domino Thomae Wynnyffe Sacrae Theologiae Professori Ecclesiae Cathedralis Sancti Pauli London Decano in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis beatae Mariae Lincoln predict per nos unanimiter electo comparendi et interessendi [illegible] Certificatorium sive decretum de et super electione sua huiusmodi per nos fact et confect sigillo nostro communi sigillat eidem venerabili viro exhibendi et ostendendi Omnesque supplendi [illegible] quoties eisdem seu eorum alicui visum fuerit expedire quodque ipse electioni de se fact consentire et consensum suum expresse praebere dignetur rogandi et requirendi [illegible] electionem huiusmodi predict Serenissimo in Christo principi et domino nostro Carolo Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regi fidei defensori significandi et intimandi Necnon negotium confirmationis electionis predict coram Reverendissimo in Christo patre et domino domino Gulielmo providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Angliae Primate et Metropolitano eiusve Vicario in Spiritualibus generali et Officiali principali [illegible] quocunque in hac parte usque ad finalem expeditionem eiusdem nomine nostro significandi intimandi prosequendi ac confirmationem in ea parte petendi et obtinendi procurandi et appellandi [illegible] provocationes et appellationes huiusmodi notificandi et intimandi Alium seu alios procuratorem seu procuratores loco suo et eorum cuiuslibet substituendi ac substitutum vel substitutos huiusmodi revocandi Procuratorisque officium in se et eorum quemlibet resumendi quoties et quando id eis seu eorum alicui melius videbitur expedire Ceteraque omnia et singula alia faciendi exercendi et expediendi usque ad finalem expeditionem negotij Confirmationis huiusmodi quae in premissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna licet mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum Promittentes et promittimus nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti Syndici et Procuratores huiusmodi nostri aut eorum aliquis fecerint seu fecerit in premissis vel eorum aliquo sub hypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum tam presentium quam futurorum et in ea parte cautionem exponimus per presentes In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum commune presentibus apponi fecimus Datum in domo nostra Capitulari Lincoln quinto die mensis Januarij Anno Domini (stylo Angliae) millesimo sexcentesimo quadragesimo primo.

Guilielmus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus Universis et singulis Christi fidelibus quibuscunque per Provinciam nostram Cant ubilibet constitutis Salutem Cum vacante nuper sede Episcopali Lincoln [illegible] per translationem Reverendissimi in Christo patris Domini Johannis Williams ultimi Episcopi ibidem ad Archiepiscopatum Eboracensem Decanus et Capitulum Ecclesiae Cathedralis Lincoln pro electione novi et futuri Episcopi ibidem licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta celebranda rite processerint et [illegible] et in huiusmodi electionis negotio termino ad id statuto rite procedentes venerabilem virum Thomam Wynnyffe Sacrae Theologiae Professorem in eorum et dictae Ecclesiae Cathedralis Lincoln Episcopum et Pastorem elegerint Cuique Serenissimus in Christo princeps et dominus noster dominus Carolus Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Rex fidei defensor ad humilem petitionem dictorum Decani et Capituli eidem electioni in persona prenominati venerabilis viri domini electi facta et celebrata Regium suum adhibuit assensum pariter et favorem prout per literas suas patentes Regias magno suo sigillo Angliae sigillat nobis significavit Mandans quatenus nos electionem predictam et personam electam confirmare iuxta formam statutorum in ea parte edit et provis velimus cum omni celeritate [illegible]

Prout per easd lras Patentes Regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet Nos vero volentes ejusdem Dni nri Regis mandatis pro officij nostri debito parere ac in hmodi Confirmacois negotio juxta Juris et Statutorum hujus Regni Angliæ exigentiam procedere Omnes et singulos Oppositores (si qui sint) qui contra dictam Electionem formam ejusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad diem horas locum et effectum infrascript monend et citand fore decrevimus Justitia mediante Vobis igr con:ter et div:ter committimus ac firmiter injungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie altaq et intelligibili voce intra Ecclesiam parochialem beatæ Mariæ Virginis de Arcubus London nostri et Ecclesiæ nostræ Cathedralis et Metropoliticæ Christi Cant Jurisdictionis immediate necnon per affixionem psentium in aliquo loco convenienti intra eandem Ecclesiam parochialem vel in alijs publicis ubi videbitur expediens omnes et singulos Oppositores (si qui sint) in specie alioquin in genere qui contra dictam Electionem formam ejusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint Quod compareant et eorum quilet compareat coram nobis aut Vicario nostro in Spualibus generali et Officiali principali vel Commissarijs nostris aut eorum aliquo in hac parte quocunq in Ecclia paroali Sancti Benedicti prope Ripam Paulinam Civitatis et dioces London nostræq Cantuariens provinciæ die Sabbati quinto vizt die mensis instantis Februarij inter horas secundam et quartam post meridiem ejusdem diei cum continuacoe et prorogacoe dierum extunc sequen et loci (si oporteat) in ea parte fiend contra dictam electionem formam ejusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita juris forma dictur exceptur vel oppositur ulteriusq factur et receptur quod justum fuerit in hac parte et dicti negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt Intimantes preterea modo et forma precitatis omnibus et singulis Oppositoribus (si qui sint) in spie alioquin in genere quibus Nos etiam harum serie sic intimamus quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis aut Vicario nostro in Spualibus genli vel Comissario nostro predicto comparuerint et contra dictam Electoem formam ejusdem aut personam sic electam hmodi dicere excipere vel opponere voluerint sive non Nos nihilominus in dicto Confirmacois negotio juxta juris et Statutorum hujus Regni Angliæ exigentiam procedimus et procedere intendimus seu sic procedet et procedere intendit Vicarius noster in Spualibus genlis vel Commissarius predictus ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan Et quid in premissis feceritis Nos aut Vicarium nostrum in Spualibus gentem antedictum vel Commissarium hujusmodi debite et autentice certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus Datum tertio die mensis Februarij Anno Dni stilo Angliæ millimo sexcentmo quadragesimo primo Et nra transl Anno nono.

Reverendissimo in Christo patri et dno dno Guilielmo providentia divina Cantuariensis Archiepiscopo totius Angliæ Primati et Metropolitano vestrove Vicario in Spualibus genli et Officiali principali aut Comissario vestro cuicunq in hac parte sufficienter deputato vester humilis et devotus Johannes Holt generosus Apparitor vester generalis ac ad infrascripta mandatarius legitime constitutus omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debit et condignas cum honore Mandatum reverendissimum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequend Cujus vigore pariter et auctate omnes et singulos Oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere qui contra retronominatam Electionem formam ejusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint per affixionem ejusdem mandati vestri in valvis exterioribus Ecclesiæ parochialis beatæ Mariæ Virginis de Arcubus London retroscript et ibidem aliquandiu dimiss die Jovis tertio vizt die instan mensis Januarij peremptorie citavi Quod comparerent et eorum quilet compareret coram vobis die horis et loco in hmoi vestro Reverendissimo mandato contentis et specificatis contra dictam electionem formam ejusdem aut personam electam ~

hujusmodi (si sua putaverint interesse) in debita juris forma citetur excipitur vel Opponitur
Ulteriusq fiatur et recipiatur quod tenor et effectus istius veri mandati Reverendissimi
de exigunt et requirunt Et preterea dictis die et loco Oppositoribus antedictis (sic ut
pfertur) citatis intimavi Quod sive ipsi dictis die hora et loco comparuerint et que
imperata sunt fecerint sive non Nihilominus aut Comissarius vester antedictus
in hmoi Confirmationis negotio juxta Juris et Statutorum hujus Regni Anglie exigentiam
procedetis seu procedet ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive
contumacia in aliquo non obstan Et sic ego Mandatarius antedictus mandatum
vestrum Reverendissimum retroscript hujusmodi quantum in me fuit debite et
humiliter sum executus In cujus rei Testimonium Sigillum venerabilis viri decani
sive Comiii Decanatus de Shoreham et Croydon presentibus apponi procuravi Et Nos
Decanus sive Comissarius antedictus ad specialem rogatum dicti Certificantis
Sigillum nostrum hmodi presentibus apponi fecimus Datum quinto die mensis
Januarij Anno domini 1641 juxta etc.

In Dei Nomine Amen Coram vobis
Reverendissimo in Christo patre et dno dno Gulielmo
providentia divina Cantuariens Archiepiscopo totius
Anglie Primate et Metropolitano ad infrascripta auctoritate
Parliamenti hujus Regni Anglie mediantibus literis
Commissionalibus Patentibus Serenissimi in Christo
principis et dni nri dni Caroli dei gratia Anglie
Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc
sufficienter et ltime fulcito vestrove Vicario in Spiritualibus
generali et Officiali principali ltime constitut aut Comissariis
vestris quibuscunq in hac parte specialiter deputatis
terminove altero quocunq Loco venerabilium virorum
Decani et Capituli Ecclie Cathedralis Lincoln dicit
allegat et in hijs scriptis ad omnem juris effectum exinde
sequi valen per viam summarie petitionis in jure proponit
articulatim prout sequitur.

1 Inprimis vizt Quod sedes Epalis Lincoln per translationem Reverendissimi in
Christo patris domini Johannis Williams ultimi Episcopi et Pastoris ibidem ad
Archiepiscopatum Eborum nuper vacare cepit et aliquamdiu vacavit Pastoreq
solatio destituta extitit et existit in presenti Necnon fuit et est verum publicum
notorium manifestum pariter et famosum Et ponit conjunctim et divisim et de
quolibet

2. Item Quod dicta sede Epali Lincoln dudum (ut prefertur) vacan Decanus et Capitulum
Ecclie Cathedralis Lincoln predict Capitulariter congregati et Capitulum facien
(Licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) certum diem et domum suam
Capitularem Ecclie Cathedralis predict pro electione novi et futuri Episcopi
Lincoln faciend et celebrand unanimiter et concorditer prefixerunt ac omnes
et singulos ejusdem Ecclie Cathedralis Canonicos et Prebendarios jus vocis
aut interesse in eadem Electione habentes seu habere pretenden ad diem et locum
predict in hmoi Electionis negotio processuros et procedi visuros ltime et vii
peremptorie citari fecerunt Necnon fuit et est verum publicum Notorium manifestum
pariter et famosum Et ponit ut supra.

3. Item Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis videlt quinto die
mensis Januarij Anno Dni (stylo Anglie) 1641 jam curren capitulariter congregati
et Capitulum facien servatis per eos de Jure et Statutis hujus Regni Anglie

In ea parte servandis habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea eligend in Episcopum et Pastorem Ecclie Cathedralis Lincoln pred tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem et egregium virum Thomam Winniffe Sacre Theologie Professorem in eorum et dicte Ecclie Cathedralis Lincoln Episcopum et Pastorem elegerunt et Ecclesie memorate de eodem providerunt Et ponit ut supra.

4. Item quod Electio hujusmodi et persona electa die predict in Ecclesia Cathedrali Lincoln predict toti Clero et populo tunc et ibidem in numero copioso congregatis debite publicate et declarata fuerunt Et ponit ut supra

5. Item quod dictus Dominus Electus hmodi Electioni de persona sua in Episcopum et Pastorem Ecclesia Cathedralis Lincoln predict (ut prefertur) facta et celebrata ad humilem petitionem partis eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat ac consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis Et ponit ut supra.

6. Item Quod dictus venerabilis et egregius vir Thomas Winniffe dominus Electus fuit ac est vir providus et discretus Sacrarum Lrarum eminenti Scientia vita et moribus merito commendatus liber et de legitimo matrimonio procreatus atque in etate legitima et ordine Sacerdotali constitutus deo devotus et Ecclie memorate apprime necessarius Hocque fuit et est verum publicum Notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

7. Item Quod prefati Decanus et Capitulum hujusmodi electionem et personam electam Serenissimo Dno nostro Carolo Regi per Lras suas Patentes Sigillo eorum communi sive Capitulari roboratas pro Officio suo debito juxta formam Statuti in ea parte edit et provis significarunt et intimarunt Et ponit ut supra

8. Item Quod presentatis ex parte dictorum Decani et Capituli eidem Regie Sublimitati processu Electionis hmodi Idem Serenissimus Dominus noster Rex pro sua clementia Regia electioni predict de persona prenominati venerabilis viri Thome Winniffe (ut prefertur) fact et celebrate consensum et assensum suum Regios gratiose adhibuit et adhibet Illamque ratam et gratam habuit et habet Hocque fuit et est verum publicum Notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

9. Item Quod Serenissimus Dnus noster Rex vobis prefato Reverendissimo patri de consensu et assensu suis Regiis electioni hujusmodi (ut prefertur) adhibitis per Literas suas Patentes vobis inscript et direct non solum significavit verum etiam earundem Literarum suarum Patentium serie vobis rogando mandavit quatenus vos Electionem predictam et personam electam hmodi confirmare et consecrare Ipsumque in signiis Episcopalibus insignire et decorare Ceteraque omnia et singula peragere que vobis in hac parte incumbunt Officio Pastorali juxta formam Statuti in ea parte edit et provis et Lrarum Patentium hujusmodi seriem velitis cum effectu Hocque fuit et est verum publicum Notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

10. Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa ac de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama Unde facta fide de jure in hac parte requisit Ad quam faciend offert pars dictorum Decani et Capituli se promptam et paratam ipso loco et tempore congruis et opportunis petitque eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmand consecrand et benedicend fore decerni et cum effectu confirmari et consecrari juxta Juris et Statutorum hujus Regni Anglie exigentiam Necnon Lrarum Patentium hmoi vobis directarum in hac parte seriem Curamque regimen et administrationem Spualium Epatus Lincoln pred eidem dno Elect committi Ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Lincoln Juriumque dignitatum honorum &

Preheminentiarum et pertinen suorum universorum inducend et intronizand fore decerni Ulteriusq fieri statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscunq quod juris fuerit et rationis ac Statutis hujus Regni Angliæ consona supplendo &c. defectus quoscunq in hac parte intervenien Que proponit et fieri petit pars ista proponens conjunctim et divisim non arctans se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superfluæ probationis de qua protestatur sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis Juris Beneficio in omnibus semper salvo vestrum Officium Dni Judicis antedict humilit implorand. &c.

In Dei Nomine Amen Nos Nathaniel Brent miles et legum doctor Vicarius in Spualibus generalis necnon Reverendissimi in Christo patris et Dni Dni Gulielmi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Angliæ Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios ad infrascripta conjunctim et divisim specialiter ltime deputatus et constitutus in negotio Confirmationis Electionis de persona Reverendi viri Thomæ Winniffe Sacræ Theologiæ Professoris et Decani Ecclesiæ Cathedralis Sancti Pauli London in Epum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis beatæ Mariæ Lincoln electi factæ et celebratæ rite et ltime procedentes omnes et singulos Oppositores si qui sint qui contra dictam electionem formam ejusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die horis et loco si sua putaverint interesse contra dictam electionem formam ejusdem aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dicturos excepturos vel Oppositurus alias ltime et peremptorie citatos sæpius publice preconizatos diutius et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad petitionem Procuratoris decani et Capituli Ecclesiæ Cathedralis Lincoln predict pronuntiamus contumaces et in penam contumaciarum suarum hujusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam ejusdem aut personam electam hujusmodi eis et eorum cuilibet precludimus in his scriptis Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore juxta Juris et Statutorum hujus Regni Angliæ exigentiam Ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante.
Na: Brent.

Lecta fuit hujusmodi Schedula per prefatum venerabilem virum Dnum Nathanielem Brent militem et legum Doctorem Vicarium in Spualibus generalem &c die hoc et loco in Act mentionat &c

Reverendissimo in Christo patri ac domino domino Willimo providentia divina Cantuar Archiepiscopo totius Angliæ Primati et Metropolitano Vestri humiles et devoti in Christo filij Anthonius Topham Sacræ Theologiæ Professor decanus Ecclesiæ Cathedralis beatæ Mariæ Lincoln et ejusdem Ecclesiæ Capitulum omnimodam obedientiam et reverentiam tanto Reverendissimo patri debit cum honore. Tenore presentium paternitati vestræ innotescimus et significamus Quod nuper vacante sede Epali Lincoln per translationem nuper Reverendi in Christo patris et domini domini Johis Williams ultimi Episcopi ibidem ad Archiepiscopatum Eboracensem Nos decanus et Capitulum predict obtent prius ab illustrissimo et Serenissimo in Christo principe Carolo dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Rege fidei defensore &c licentia libera in hac parte eligendi novum Epum Lincoln sub magno sigillo Angliæ nobis concessa in domo nostra Capitulari dictæ Ecclesiæ Cathedralis die dat presentium ad effectum eligendi novum Episcopum dictæ Ecclesiæ juxta Statuta et leges hujus Regni Angliæ et dictæ Ecclesiæ Cathedralis consuetudinem Capitulariter congregat et Capitulum facient Servatis de jure et consuetudine ac Statut et Ordinac Ecclesiæ Cathedralis predict

In ea parte servandis habitoque inter Nos tractatu diligenti de persona idonea in ea parte eligenda tandem in venerabilem virum Dominum Thomam Wynniffe Sacra Theologia Professorem Ecclesia Cathedralis divi Pauli London Decanum vota nostra direximus Eumque in nostrum et dicta Ecclesia Cathedralis beata Maria Lincoln Episcopum et Pastorem unanimiter elegimus ac Electionem hujusmodi Illustrissimo Domino nostro Regi per Literas nostras Certificatorias sigillo nostro communi sigillat significavimus et notum fecimus Quocirca paternitatem vestram obnixe rogamus quatenus Electioni hujusmodi de persona dicti venerabilis viri Thoma Wynniffe per nos fact et celebrat consentire et consensum et assensum vestrum eidem prebere gratiose dignemini ceteraque peragere et perimplere que vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali In cujus rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus Datum in domo nostra Capitulari quinto die mensis Januarij Anno Dni (stylo Anglia) millimo Sexcentimo quadragesimo primo.

Venerabili admodum viro Domino Thoma Wynniffe Sacra Theologia Professori Ecclesia Cathedralis Sancti Pauli London Decano Anthonius Topham Sacra Theologia Professor Decanus Ecclesia Cathedralis beata Maria Lincoln et ejusdem Ecclesia Capitulum omnimodam reverentiam tanto reverendo viro debit et condignis cum honore Tenore presentium tibi innotescimus et significamus Quod nuper vacante sede Episcopali Lincoln per translacionem Reverendi in Christo patris et Dni Dni Johannis Williams ultimi Episcopi Lincoln ad et in Archiepatum Eboracensem Nos Decanus et Capitulum obtenta prius ab Illustrissimo et Serenissimo in Christo Principe Carolo dei gratia Anglia Scotia Francia et Hibernia Rege fidei defensore &c Licentia libere in hac parte eligendi novum Episcopum Lincoln sub magno sigillo Anglia nobis concessa in domo Capitulari dicta Ecclesia Cathedralis die dat presentium ad effectum eligendi novum Episcopum dicta Ecclesia juxta Statuta et leges hujus Regni Anglia et dicta Ecclesia Cathedralis consuetudines Capitulariter congregat et Capitulum facient (servatis de jure et consuetudine ac Statutis et Ordinationibus Ecclesia Cathedralis predict in ea parte observandis) habitoque inter Nos tractatu diligenti de persona idonea in ea parte eligenda tandem in te vota nostra direximus Teque in nostrum et dicta Ecclesia Cathedralis beata Maria Lincoln Episcopum et Pastorem unanimiter elegimus et electionem hujusmodi dicto Illustrissimo Dno nostro Regi per Literas nostras Certificatorias Sigillo nostro Communi sigillat significavimus et notum fecimus Quocirca te obnixe rogamus quatenus hujusmodi Electioni de persona tua per nos fact et celebrat consentire et consensum et assensum tuum eidem prebere digneris In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et Testimonium sigillum nostrum commune presentibus apponi fecimus Dat in domo nostra Capitulari Lincoln quinto die mensis Januarij Anno Domini juxta cursum et computacionem Ecclesia Anglicana millesimo sexcentesimo quadragesimo primo.

In dei nomine Amen per presens publicum Instrumentum Cunctis appareat evidenter et sit notum Quod die Veneris quarto videlicet die mensis Februarij Anno domini (Stylo Anglia) millimo Sexcentimo quadragesimo primo Regnique Serenissimi in Christo principis et Dni nri Dni Caroli dei gratia Anglia Scotia Francia et Hibernia Regis fidei defensoris &c Anno decimo septimo In domo Mansionali Sancti Pauli London infra parochiam Sti Gregorij Civitatis London notorie scituat In mei Samuelis Wade Notarij publici subscript ac testium inferius nominatorum presentia Constitutus personaliter

Magister Robertus Davies Notarius publicus Almæque Curiæ Cant de Arcubus
London Procuratorum generalium unus exhibuit procuratorium suum literatorie pro
venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesiæ Cathedralis beatæ Mariæ Lincoln
sigillo eorum communi (ut apparuit) sub cera viridi sigillat ac inter alios con^m^ et div^m^
factum et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem Decani
et Capituli presentavit venerabili et Reverendo viro Thomæ Winniffe Sacræ
Theologiæ Professori tunc et ibidem personaliter presenti Literas quasdam Testimoniales
sive Certificatorias sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sub cera
viridi etiam sigillat et super electione dicti venerabilis et Reverendi viri in Episcopum
et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis beatæ Mariæ Lincoln predict facta et celebrata Eundemque
venerabilem et Reverendum virum Dnum electum instanter instantius et instantissime
rogavit et requisivit quatenus eidem electioni de ipso et ejus persona (ut prefertur) fact
et celebrat consentire ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur Qui
quidem venerabilis et reverendus vir Dnus electus Lincoln antedictus sic requisitus et
interpellatus (prehabita prius per eum matura deliberatione) Electioni predict de
ipso et ejus persona sic (ut premittitur) factæ et celebratæ consentiebat ac consensum
et assensum suos eidem prebuit in scriptis prout in schedula quam in manibus suis
tunc tenens publice legebat continetur Cujus quidem schedulæ verus tenor sequitur
et est talis vizt **In Dei Nomine Amen** Ego Thomas Winniffe Sacræ
Theologiæ Professor Ecclesiæ Cathedralis Sancti Pauli London Decanus in Episcopum et
Pastorem Ecclesiæ Cathedralis Lincoln rite et legitime nominatus et electus atque ad
consentiendum hujusmodi Electioni de me et persona mea in hac parte fact et celebrat
ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capituli ejusdem Ecclesiæ
Cathedralis instanter rogatus et requisitus (Dei Omnipotentis Clementia fretus)
Electioni hu^i^modi de me et persona mea sic (ut premittitur) fact et celebrat ad
honorem Dei Omnipotentis patris filij et Spiritus sancti consentio eidem consensum
et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in hijs scriptis
Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus venerabilis et reverendus
vir Dnus Electus quam magister Robertus Davies Procurator antedictus me
Notarium publicum antedictum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum
sive instrumenta conficere ac testes infrascriptos nominatos testimonium inde
perhibere instanter rogarunt et requisiverunt **Acta** fuerunt hec omnia et
singula p^r^missa prout suprascribuntur et recitantur sub Annis Domini Regnique
Regiæ Majestatis menseque die et loco predict presentibus tunc et ibidem venli
viro Dno Johanne Lambe milite et legum doctore Almæ Curiæ Cant de Arcubus
London Officiali et Nicholao Hunt Notario publico Almæque Curiæ Cant de
Arcubus predict Procuratorum generalium uno testibus ad premissa videnda audienda
et testificanda vocatis specialiter et requisitis.

Et ego Sacvilus Wade Roffensis Dioces
Natus publicus auctoritate Regia Notarius Quia premissis
omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno
Domini Regnique Regiæ Majestatis mense die et loco
predictis agebantur et fiebant unacum prenominatis
testibus presens personaliter interfui Eaque omnia
et singula sub modo et forma prenotatis fieri geri et
expediri vidi scivi et audivi atque in notam sumpsi
Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu
aliena me interim aliis impedito fideliter scriptum exinde
confeci et in hanc publicam et autenticam formam

[illegible] nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et me hic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum rogatus specialiter et requisitus.

In Dei Nomine Amen Nos Nathaniel Brent miles legum doctor Vicarius in Spiritualibus generalis necnon Reverendissimi in Christo Principis et Domini Domini Gulielmi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Angliae Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios ad infrascripta rite et legitime deputatus et constitutus in negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri Thomae Winniffe Sacrae Theologiae Professoris Decani Ecclesiae Cathedralis Sancti Pauli London in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Lincoln electi facta et celebrata rite et legitime procedentes Omnes et singulos Oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam ejusdem aut personam in hujusmodi electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) citatos dictam electionem formam ejusdem aut personam in hac parte electam in debita juris forma dicturos excepturos vel opposituros ad valvas et ostia ecclesiae publice praeconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dictam electionem formam ejusdem aut personam electam hujusmodi aliquid dicentes excipientes vel opponentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis Lincoln praedict pronunciamus contumaces et in poenam contumaciarum suarum hujusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem Sententiae nostrae diffinitivae sive nostri finalis decreti in hujusmodi negotio ferend. dictorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante.

Lecta fuit hujusmodi schedula per praefatum venerabilem virum Dominum Nathanielem Brent militem et legum doctorem Vicarium in Spiritualibus generalem praedict die hora et loco in Actis mentionatis.

In Dei nomine Amen Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Nathanielem Brent militem et legum doctorem Vicarium in Spiritualibus generalem necnon Reverendissimi in Christo patris et domini domini Gulielmi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Angliae Primatis et Metropolitani Commissarium inter alios ad infrascripta rite et legitime specialiter et legitime deputatum et constitutum Meritis et circumstantiis cujusdam negotii confirmationis electionis de persona venerabilis viri Thomae Winniffe Sacrae Theologiae Professoris in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Lincoln electi facte et celebrate quod coram nobis in judicio vertitur aliquamdiu vertebatur vertiturque et pendet indecisum hujusmodique primitus per nos toto diligenter recensito Servatisque per nos de jure et Statutis hujus Regni Angliae in ea parte servandis ad nostram Sententiam diffinitivam sive nostri finalis decreti prolationem in hujusmodi negotio ferend. sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum Quia per Acta inactitata deducta allegata proposita exhibita confessata et probata coram nobis in hujusmodi confirmationis negotio comperimus luculenter et invenimus electionem praedictam per Decanum et Capitulum Ecclesiae Cathedralis Lincoln praedict de praefato venerabili viro Thoma Winniffe electo hujusmodi viro utique provido et discreto vita et moribus merito commendato libero et de legitimo matrimonio procreato atq; in etate legitima et ordine sacerdotali constituto rite et ltime fuisse et esse factam et celebratam Nihilq; eidem venerabili viro electo hmodi de Institutis Ecclesie obviasse seu obviare quominus in Episcopum Lincoln auctate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari Idcirco Nos ant Nathaniel Brent miles ac Commissarius et Judex antedictus sic (ut pfertur) spiale et legitime deputatus et constitutus Attentis premissis et alijs dictarum meritis super quibus prenominatus electus Episcopus Lincoln fidedigno commendatur testimonio Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum deum oculis nostris preponentes et habentes de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus prenominatam Electionem de eodem venerabili viro Thoma Winniffe factam et celebratam auctate (qua fungimur) confirmamus defectusq; quoscunq; in dicto Confirmaconis negotio intervenientes (siqui forsan sint) quantum in nobis est et de jure possimus supplentes et supplemus Ipsumq; dominum electum et confirmatum consecrandum et benedicend fore determinamus Curamq; regimen et administrationem Spualium dicti Episcopatus Lincoln eidem dno Electo et confirmato committimus Ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Lincoln Juriumq; dignitatu honorum preheminentiarum et pertinen suorum universorum introducend et intronizand fore per Archidiaconum Cantuariensis ejusve deputatum juxta Ecclie Cathedralis Lincoln predict morem et consuetudinem (Legibus et Statutis hujus Regni Anglie non adversantibus) etiam determinamus et declaramus per hanc nostram Sententiam diffinitivam sive hoc nrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in hijs Scriptis.

Lecta fuit hmodi Sententia per prefatum venerabilem virum dnum Nathaniel Brent militem et legum doctorem Vicarium in Spualibus generalem &c die Sabbati quinto viz: die mensis Februarij Anno dni juxta &c millimo Sexcentmo quadragesimo primo In Ecclia parochiali Sancti Benedicti prope Ripam Paulinam London inter horas secundam et quartam post meridiem ejusdem diei ad petitionem magistri Roberti Dapico Procuratoris Decani et Capituli Ecclie Cathedralis beate Marie Lincoln In pntia mei Caroli Wade Notarij publici &c Super quibus &c requisivit me &c testesq; &c pntibus tunc ibidem testibus in Act mentionat &c

Guilielmus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus ac infrascript auctate Parliamenti hujus Inclyti Regni Anglie mediantibus Literis Commissionalibus Patentibus Serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Caroli dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris &c sufficientes et legitime fulcitus **Reverendis** in Christo patribus et venerabilibus confratribus nris dominis Willielmo London Waltero Winton Johanni Roffen Briano Sarum et Johanni Wigorn respective Episcopis Salutem et fraternam in domino Charitatem Cum Nos seperales Literas Patentes dicti dni nri Regis hic inferius mentionat sigillo suo magno Anglie respective sigillat receperimus Datas apud Westmonaster vicesimo primo die mensis Januarij Anno Regni sui felicissimi Anglie Scotia ffrantia et Hibernia decimo septimo In quibus inter alia nobis decretum est et venerabiles et reverendos viros Thomam Winniffe Sacre Theologie Professorem et Henricum King Sacra Theologia etiam Professorem in Episcopos

Episcopos et Pastores Ecclesiarum Cathedralium subscriptarum alias nominatos et electos in ordine sequente viz: dictum Thomam Winniffe in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Lincoln et dictum Henricum King in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Cicestrensis Episcopos et Pastores dictarum Ecclesiarum Cathedralium juxta electiones predictas consecraremus prout per easdem Literas Patentes plenius apparet Nos vero volentes cum reverentia et celeritate debitis prout decet et tenemur mandatis Regijs in ea parte humiliter satisfacere Ad consecrandum igitur et benedicendum cum omni ea qua poteritis celeritate vice loco et nomine nostris prefatos venerabiles et reverendos viros Thomam Winniffe et Henricum King alias in Episcopos et Pastores Ecclesiarum Cathedralium predictarum (ut prefertur) nominatos et electos ac auctoritate nostra confirmatos respective juxta tenores Literarum Regiarum Patentium predictarum nobis in ea parte directarum Atque ad exhibendum et impertiendum illis et eorum utrique Ceremonias in hac parte de jure statutas et usu moderno Ecclesiae Anglicanae usitatas et requisitas In Capella sive Oratorio dicti Reverendi in Christo patris et venerabilis Confratris nostri Dni Guilielmi Episcopi London infra Manerium suum de ffulham in Com Midd die dominico sexto viz: die instantis mensis ffebruarij accitis vobis quibuscunque alijs Episcopis (modo sint nostrae Provinciae Cantuariensis) executionem Officij sui obtinentibus in numero competenti et requisito in hujusmodi Ministerio assidentibus et concurrenter opitulantibus et assistentibus Ac recipiendum quoque exigendum et admittendum vice loco et nomine nostris in presentia dilecti Nobis in Christo Willimi Sherman Notarij publici Registrarij nostri principalis vel Samuelis Wade Notarij etiam publici ejus Deputat ab eisdem Reverendis patribus Thoma Winniffe et Henrico King et eorum utroque consecrandis et benedicendis Juramentum tam de agnoscenda Regiam Supremam potestatem in causis Ecclesiasticis et temporalibus ac de renuntiando refutando et recusando omni et omnimodae Jurisdictioni potestati auctoritati et superioritati forancis juxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti dicti Regni Angliae in ea parte edit et provis necnon de reverentia et obedientia debita Nobis et Successoribus nostris Archiepis Cantuariensibus pro tempore existentibus prestita et exhibenda quam de Simonia non commissa prout de procuratione sive acquisitione Episcopatuum suorum predictorum juxta Canonem in ea parte editum Ceteraque omnia et singula facienda exercenda exequenda et expedienda quae de jure et Statutis hujus Regni Angliae in ea parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna vel requisita Vobis conjunctim et divisim tenore presentium vices nostras committimus et plenam in Dno concedimus potestatem Juribus nostris Archiepiscopalibus Cant ceterisque Emolumentis Nobis ac Officiarijs et Ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis In cujus rei Testimonium Sigillum nostrum Archiepiscopale presentibus apponi fecimus Dat apud Turrim London quinto die mensis ffebruarij Anno Dni (stylo Angliae) millesimo sexcentesimo Quadragesimo primo Et nrae translationis Anno nono.

Actus Consecrationis

Die Dominico sexto vizt die mensis ffebruarij Anno Dni juxta etc 1641 coram Reverendis in Christo patribus Dnis Gulielmo London Waltero Winton Johanne Roffen et Johanne Wigorn providentia divina respective Episcopis In Capella sive Oratorio prefati Reverendi patris Dni Gulielmi London Episcopi infra Manerium suum de ffulham in Com Midd notorie situat Presentatis Literis patentibus Regijs de assensu suo Regio Electioni adhibito necnon Literis Commissionalibus Reverendissimi in Christo patris et Dni Dni Guilielmi providentia divina Cantuar Archiepi totius Angliae Primatis et Metropolitani prenominatis Reverendis patribus pro consecratione venlis viri Thomae Winniffe Sacrae Theologiae Professoris in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis beatae Mariae Virginis Lincoln electi et confirmati

habenda vice et nomine suis fris et confris ac per venerabilem virum dnum Nathaniel
Brent militem et legum doctorem Vicarium in Spualibus generalem et Officialem princem
dicti Reverendissimi patris de mandato Reverendorum patrum audict publice perlectis
prefati Reverendi patres domini Episcopi London Winton Roffen et Wigorn ob
honorem et reverentiam dicto dno nro Regi debitas et propter fraternam eorum
charitatem erga dictum dnum Archiepiscopum Cant confratrem suum et ex causis justis
et legitimis in dictis suis literis Commissionalibus specificatis acceptarunt in se onus
exequutois dctarum Lrarum patentium et Commissionalium et decreverunt procedendo
fore juxta tenorem vim formam et effectum earundem Et tunc dicti Reverendi
patres dni Guilielmus London Walterus Winton Johannes Roffen et Johannes
Wigorn respective Episcopi antedicti vigore et auctate Lrarum Regiarum patentium
et Commissionalium predict munus consecrationis prenominato venli viro Thome Winniffe
in Episcopum et Pastorem Ecclie Cathedralis beate Marie Virginis Lincoln predict
(ut prefertur) elect et confirmat (prestito primitus per eundem dnum electum et
confirmatum Juramento tam de agnoscendo Regiam Supremam potestatem in causis
Ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando omni et omnimode Jurisdictioni
potestati auctati et superioritati forancis et extrancis juxta vim formam et effectum
Statuti Parliamenti hujus incliti Regni Anglie editi et provisi necnon de Reverentia
et obedientia debitis dno Archiepiscopo Cant et Ecclesie Metropolitice Christi
Cant et eorum Successoribus adhibend quam de Simonia non commissa prout de
procuratione sive acquisitione Epatus Lincoln predict juxta Canonem in ea parte
editum adhibitisq ritibus et ceremoniis de usu moderno Ecclesie Anglicane adhibend
juxta formam descript in libro intitulat The forme and manner of making and [illegible]
consecrating Bishops Preists and Deacons) impendebant in pntia mei Caroli
Blade Notarii publici et Registrarii deputati pntibus tunc et ibidem venerabilibus viris
dno Nathaniele Brent mil et legum doctore Vicario in Spualibus genli antedict domino
Johanne Lambe milite et legum doctore Alme Curie Cant de Arcubus London Officiali
Arthuro Duck legum doctore Cancellario dni Epi London Roberto King legum doctore
Johanne Mountford Thoma Turner Sacre Theologie Professoribus Canonicis Residentiariis
et Stagiariis Ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London Richardo Clnett Sacre
Theologie Professori Archino Midd Thoma Weeks Sacre Theologie Professore et
Johanne Hansley Sacre Theologie Bacho Capellanis domesticis dicti domini
Episcopi London necnon magris Johanne Cutts et Thoma Avery Clericis in Artibus magris
Johanne Juxon armigero Roberto Daniel Arthuro Crefield et Georgio Eaell Notariis
publicis dicte Curie Cant de Arcubus London procuratoribus generalibus Thoma
Roper generoso Thoma Wilcocson generoso et Johanne Stolt generoso Apparitore genli
dicti dni Archiepi Cant cum multis aliis in numero copioso congregatis testibus &c
Super quibus &c

Mandatum

Guilielmus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius
Anglie Primas et Metropolitanus ad infrascripta auctate Parliamenti hujus Incliti Regni
Anglie mediantibus Lris Commissionalibus patentibus Serenissimi in Christo Principis
et dni nri dni Caroli dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei
defensoris &c sufficienter et ltime fulcitus Venerabili viro Willimo Kingsley Sacre
Theologie Professori Archino nro Cant in Ecclesia nostra Cathedrali et
Metropolitica Christi Cant Salutem et graam Cum vacante nuper sede
Epali Lincoln per translacoem Reverendissimi in Christo pris dni Johannis
Williams ultimi Episcopi et Pastoris ibidem ad Archiepatum Eborum decanus et
Capitulum Ecclesie Cathedralis beate Marie Virginis Lincoln licentia Regia prius in
ea parte petita et obtenta venerabilem virum Thomam Winniffe Sacre Theologie
Professorem in eorum et dicte Ecclesie Cathedralis Lincoln Episcopum et

Pastorem elegerint et Ecclie Cathedrali predict de eodem providerint Quam quidem electionem et personam sic electam (servatis de jure et Statutis hujus Regni Anglie in ea parte servandis) Nos Guilielmus Archiepiscopus antedictus authoritate qua supra confirmavimus eidemq confirmato Curam regimen et administrationem spiritualium dicti Epatus Lincoln commisimus necnon consequenter munus consecrationis adhibitis ritibus et Ceremonijs de more Ecclie Anglicane adhibendis) eidem domino electo et confirmato impendimus Ipsumq dnum electum confirmatum et consecrat seu procuratorem suum legitimum ejus nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Lincoln Juriumq dignitatum honorum preheminentiarum et pertinen suorum universorum inducend installandum et intronizand fore decrevimus Justitia mediante Sibi igr firmiter precipiendo mandamus quatenus pfatum Reverendum patrem dominum Thomam Winniffe elect confirmat et consecratum seu procuratorem suum ltimum ejus nomine et pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Lincoln Juriumq dignitatum honorum preheminentiarum et pertinen suorum universorum inducas installes et intronizes seu sic induci installari et intronizari facias cum effectu Cathedramq sive sedem Epalem in Ecclia Cathedrali Lincoln predict Epo ibidem assignari solit et consuet sibi (ut moris est) assignes et eum in nomine domini nostri Jesu Christi imponas seu imponi facias prout decet juribus et consuetudinibus nostris Archiepalibus Cant et Ecclia nostra Cathedralis et Metropitice Christi Cant predict dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis In cujus rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) ptibus apponi fecimus Dat Sexto die mensis Februarij Anno domini (juxta Computationem Ecclie Anglicane) millesimo sexcentesimo quadragesimo primo Et nre transl Anno nono.

Undecimo die mensis Februarij Anno dni juxta &c 1641 emanavit Inductio venerabilibus viris Anthonio Topham Sacre Theologie Professori decano Ecclie Cathedralis beate Marie Virginis Lincoln Hamletto Marshall Sacre Theologie Professori precentori ejusdem Ecclie Cathedralis et Stephano Haddington in artibus magistro Archivo Store in dicta Ecclesia Cathedrali fundat con^m et div^m &c ad inducend et intronizand predictum Reverendum patrem &c.

Advocatio Archinatus Lincoln.

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc presens scriptum pervenerit Thomas permissione divina Lincoln Episcopus Salutem in dno sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhiberi Cum tam de antiqua laudabili hactenusq et ltime prescripta consuetudine hactenus per tempus hominum memoriam exsuperans incontusse usitat et observat quam etiam de singulari Prerogativa Ecclie Metropitice Christi Cant fuerit et sit inconsultum usitatum et observatum Quod Archiepiscopus Cant pro tempore existens cuilibet Suffraganeorum in Episcopum alicujus Ecclesie Cathedralis sue Cant provincie elect statim post confirmationem electionis hmodi unum Clericum idoneum nominare et pntare possit Cui idem electus confirmatus tenebitur quamprimum facultas se obtulerit in sua Ecclia Cathedrali de dignitate Canonicatu et Prebenda seu de alio competen beneficio Ecclico providere ac interim dictum Clericum ad dignitatem Canonicatum et Prebendam seu beneficium hmoi sic promovendum acceptare et admittere necnon sibi pensionem annuam sufficientem constituere tantisper solvend et impendend quousq eidem Clico de aliqua dignitate Canonicatu et Prebenda vel alio competen beneficio hujusmodi sufficienter fuerit cautum et provisum Sciatis igr Nos pfatum Thomam Lincoln Episcopum antedictum Jura libtates consuetudines et Prerogativam Ecclesie Metropitice Christi Cant pred prout tenemur pro posse nro adimplere volentes ex causis et consideraconibus predict ac in plena satisfaccionem earundem dedisse concessisse et confirmasse Reverendissimo in Christo patri et dno dno Gulielmo providentia divina Cant Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano Executoribus et Assignatis suis primam et proxime advocationem nominationem presentationem liberamque dispositionem et Jus Patronatus Archinatus sive dignitatis Archinalis Cicestr in Ecclesia nostra Cathedrali beate Marie Virginis Cicestr fundat nostrorum Patronatus et dispositionis existen quandocunque et quamprimum dictum Archidiaconatum sive dignitatem Archidiaconalem per mortem resignationem cessionem dimissionem permutationem privationem vel aliquo alio quocunque modo primo et proxime post datum presentium vacare contigerit pro una vice proximaque vacatione ejusdem tantum Habendum et tenend dictam advocationem nominationem presentationem liberamque dispositionem et Jus patronatus Archinatus sive dignitatis Archinalis Cicestr predict sic (ut prefertur) primo et proxime vacatur prenominato Reverendissimo patri dno Gulielmo Cant Archiepo Executoribus et Assignatis suis ad libitum suum aut virtute presentium quamcunque personam idoneam ad Archinatum sive dignitatem Archinalem predict utcunque vacare contingen pro una vice tantum nominare et presentare ac literas nominationis et presentationis de predicto Archinatu sive dignitate Archinali Cicestr cuicunque persone idonee hujusmodi facere et concedere ac omnia et singula alia facere exercere et perimplere que in premissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna adeo plene libere et integre ac in tam amplis modo et forma prout Nos prefatus Episcopus faceremus seu facere possemus si hec presens nostra Commissio sive confirmatio inde facta non fuisset Et si contigerit hanc nram donationem sive concessionem ratione forsan alicujus prioris donationis sive concessionis per Nos aut predecessores nostros inde facte seu quavis alia de causa vel occasione pro prima et proxime vacatione dicti Archinatus sive dignitatis Archinalis suum debitum non sortiri effectum Tunc et in eo casu volumus et concedimus pro nobis et Successoribus nostris quod hec presens donatio sive concessio nostra sese extendat ad secundum ac etiam in casu simili ad tertiam vacationem dict Archinatus sive dignitatis Archinalis Ita quod jus patronatus dict Archinatus sive dignitatis Archinalis Cicestr ad Nos et Successores nostros antea non revertetur donec et quousque una aliqua persona idonea authoritate presentium ad presentationem predicti Reverendissimi patris Executorum et Assignatorum suorum ad predictum Archidiaconatum sive dignitatem Archidiaconalem Cicestr pro una vice tantum fuerit admissa ac in eodem Canonice instituta necnon in realem actualem et corporalem possessionem ejusdem Juriumque membrorum et pertinentium suorum universorum inducta pacifice et quiete In cujus rei Testimonium Sigillum nostrum Episcopale presentibus apponi fecimus Datum primo die mensis Martij Anno Domini (stylo Anglie) millesimo sexcentesimo quadragesimo primo Regnique Serenissimi in Christo Principis et Domini nostri Domini Caroli Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c Anno decimo septimo Et nostre Consecrationis Anno primo.

Acta habita et facta

in negotio Confirmationis Electionis de persona venerabilis viri Henrici King Sacre Theologie Professoris in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Sancte Trinitatis Cicestrensis electi die Sabbati quinto vizt die mensis Februarij Anno Dni Stylo Anglie millesimo sexcentesimo quadragesimo primo Regnique Serenissimi in Christo Principis

Et Dni nri Dni Caroli dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei Defensoris &c Anno decimo septimo In Ecclia parochiali Sancti Benedicti prope ripam Paulinam Civitatis et Dioces London Cantuar Provincie inter horas secundam et quartam post meridiem eiusdem diei coram venerabili viro Dno Nathanieli Brent milite et legum Doctore vicario in spiritualibus generali et Officiali principali necnon Reverendissimi in Christo patris et Dni Dni Gulielmi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissario inter alios ad infrascripta com. et dicto spialr et ltime deputato et constituto In presentia mei Caroli Wade Notarii publici &c

Dictis die et loco atque inter horas predictas presentatis coram prefato venerabili viro Dno Nathanieli Brent milite ac Commissario &c iudicialiter et pro tribunali sedente Literis Patentibus Regiis &c necnon Literis Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eidem venerabili viro et aliis com. et dictis in hac parte fact. eisdemque de mandato dicti venerabilis viri per me Notarium publicum antedictum publice lectis Idem venerabilis vir Dnus Nathaniel Brent ob honorem et reverentiam dicti Dni nostri Regis et memorati Reverendissimi patris acceptavit in se onus executionis dictarum Literarum Patentium et Commissionalium et decrevit procedendum fore iuxta tenorem vim formam et effectum earundem Comparuit personaliter magr Georgius Cacll Notarius publicus Almaeque Curie Cantuariensis de Arcubus London Procuratorum generalium unus et exhibuit Procuratorium suum literatorie pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclie Cathedralis Sancte Trinitatis Cicestren sigillo eorum communi (ut apparuit) sub cera viridi sigillat et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem presentavit eidem venerabili viro Dno Nathanieli Brent venerabilem virum Henricum King Sacre Theologie Professorem in Episcopum et Pastorem Ecclie Cathedralis Cicestren electum et ipsum regione Confirmantis sistebat Et tunc dictus magr Cacll exhibuit mandatum citatorium originale alias contra Oppositores in huiusmodi negotio emanat unacum certificatorio in dorso super executione eiusdem et petiit omnes et singulos Oppositores huiusmodi publice preconizari Quibus tunc et ibidem publice trina vice preconizatis et nullo modo comparentibus &c prefatus magr Cacll accusavit contumacias omnium et singulorum Oppositorum huiusmodi sic ut prefertur ad hos diem horam et locum citat et intimat &c modo predicto preconizat et nullo modo comparentium nec aliquid dicere excipere vel opponere curantium et petiit eos reputari contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi in huiusmodi causa sive negotio eis et eorum cuilibet precludi &c Ad cuius petitionem dictus venerabilis vir Dnus Nathaniel Brent pronuntiavit eos omnes et singulos sic citatos intimatos preconizatos et nullo modo comparentes nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere curantes contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam Electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam eis et eorum cuilibet preclusit Necnon ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore decrevit Ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in schedula per eum tunc lecta continetur Quibus sic gestis prefatus magr Cacll in penam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium dedit summariam petitionem in scriptis quam petiit admitti &c Qua quidem summaria petitione per Dnum recepta et considerata Idem venerabilis vir admisit dictam summariam petitionem quatenus de iure &c et decrevit procedendum fore summarie et de plano &c et assignavit dicto magistro Cacll terminum ad probandum eandem summariam petitionem adstatim Et tunc dictus magister Cacll in subsidium probationis Contentorum in dicta summaria petitione exhibuit Literas Patentes Regias de assensu suo Regio superius mentionat per quas apparuit memoratos Decanum et Capitulum Ecclie Cathedralis

Cicestrensis predict prenominatum venerabilem virum Henricum King in eorum et
dicte Ecclie Cathedralis Cicestrensis Episcopum et Pastorem elegisse Regiamque
Majestatem eidem Electioni assensum suum Regium adhibuisse. Exhibuit etiam lras
binas Certificatorias, unam earum direct Reverendissimo in Christo patri dno dno
Archiepo Cantuariensi alteramque dno Electo huiusmodi de et super Electione sua in
Episcopum et Pastorem Ecclie Cathedralis Cicestrensis predict sigillo communi
eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sub vera data sigillatas Ac etiam
Instrumentum publicum super consensu prefati Henrici electi electioni de se
adhibito Et allegavit omnia et singula in eisdem respective exhibitis contenta
fuisse et esse vera ac habita et gesta prout in eisdem respective continentur petendo terminum
sibi assignari ad audiendum Sententiam sive finale decretum in hac causa ferri Cuius
petitionem dictus venerabilis vir dnus Nathaniel Brent [illegible] assignavit ad
audiendum Sententiam ad statim Consequenter vero facta alia quarta trina publica
preconizatione omnium et singulorum Oppositorum huiusmodi ut prefertur citatorum et
intimatorum et nullo modo comparen nec aliquid in hac parte opponen, Tunc dictus
venerabilis vir dnus Nathaniel Brent ad peticionem dicti magistri Eaell (ut supra)
accusantis eorum contumacias et petentis pronuntiavit eos et eorum quemlibet
contumaces et in penam contumacie suae huiusmodi ad petitionem dicti
magistri Eaell procedendum fore ad prolationem Sententie diffinitive in huiusmodi
causa sive negotio confirmationis ferende eorum sic citatorum et non comparentium
absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in quadam schedula per eundem
venerabilem virum dnum Nathanielem Brent lecta continetur. Sed imprimis
prestitoque Juramento per prefatum venerabilem virum dnum Electum ante lecturam
ad Sancta dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata tam de
agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis Ecclesiasticis et temporalibus
ac de renuntiando refutando et recusando omni et omnimode Jurisdictioni potestati
auctoritati et superioritati forinsecis iuxta vim formam et effectum Statuti
Parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi
necnon de debita et Canonica obedientia prenominato Reverendissimo in Christo
patri et dno dno Gulielmo Archiepo Cantuariensi ac Ecclie Cathedrali
et Metropolitice Christi Cantuariensis et Successoribus suis quam de Simonia
non commissa per se vel per procuratorem suos in acquisitione status Cicestrensis predict
iuxta Canonem in ea parte editum etc. Prefatus venerabilis vir Dominus
Nathaniel Brent ad petitionem prefati magistri Eaell poscentis Sententiam
et decretum [illegible] ferri et justitiam sibi pro parte sua fieri tulit et promulgavit
Sententiam sive finale decretum in dicto Confirmationis negotio in scriptis
pronuntiando decernendo declarando confirmando supplendo ceteraque faciendo
prout in eadem Sententia continetur Super quibus omnibus et singulis tam
dictus venerabilis vir Dominus electus quam memoratus magister Eaell
Procurator Decani et Capituli predict me Notarium publicum predictum sibi
unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere
ac testes infrascriptos nominatos testimonium inde perhibere instanter rogarunt et
requisiverunt Postea vero dictus venerabilis vir Dominus Nathaniel Brent tam ad
petitionem dicti venerabilis dni electi et confirmati quam memorati magistri
Eaell Procuratoris Decani et Capituli predict decrevit literas
Testimoniales super omnibus et singulis premissis sub modo et forma superius
[illegible] fieri et expediri presentibus tunc ibidem venerabili
viro dno Johanne Lambe milite et Legum Doctore Alme Curie Cantuariensis
de Arcubus London Officiali necnon magistris Thoma Adams [illegible] in Artibus
magistro Rectore Ecclesie parochialis Sancti Benedicti prope ripam [illegible]

Paulinam London predict Philippo Kinge Clerico Henrico Fremonger et Edwardo Arnold Notarijs publicis dictæque Curiæ Procuratoribus generalibus Thoma Povey generoso Johanne Scott etiam generoso Apparitore generali Sedis Archiepalis Cant Thoma Hanoway Clerico parochiali Ecclesiæ parochialis Sancti Benedicti predict et Johanne Fremonger Grato ac alijs testibus &c.

Tenores vero tam Literarum Patentium Regiæ Majestatis quam totius processus in dicto Confirmationis negotio habit et fact ac superius mentionat sequuntur et sunt tales viz.

Carolus Dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Rex fidei Defensor &c Reverendissimo in Christo patri ac predilecto et fideli Consiliario nostro Domino Guilielmo providentia divina Cantuariensis Archiepiscopo totius Angliæ Primati et Metropolitano ac alijs quibuscunque Episcopis quorum in hac parte interest Salutem. Cum vacante nuper sede Episcopali Cicestren per translationem ultimi Episcopi ejusdem ad Episcopatum Sarum ad humilem petitionem Decani et Capituli Ecclesiæ nostræ Cathedralis Cicestrensis predict eisdem per has nostras patentes Licentiam nostram concessimus ac sibi eligend in Episcopum et Pastorem sedis predict Jidemque Decanus et Capitulum vigore et obtentu Licentiæ nostræ predict dilectum nobis in Christo Henricum Kinge Sacræ Theologiæ Professorem et Decanum Ecclesiæ Cathedralis Roffen sibi et Ecclesiæ predict Cicestrens elegerunt in Episcopum et Pastorem prout per Literas suas sigillo eorum communi sigillat nobis inde direct plenius liquet et apparet **Nos** Electionem illam acceptand eidem Electioni Regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem Et hoc vobis tenore presentium significamus **Rogantes** ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes quatenus vos eundem Henricum Kinge in Episcopum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis Cicestrens predict sic ut prefertur elect electionemque predictam confirmare et eundem Episcopum et Pastorem Ecclesiæ predict consecrare Ceteraque omnia et singula facere et peragere quæ vestro in hac parte incumbunt Officio Pastorali juxta formam Statutorum et legum Regni nostri Angliæ in hac parte edit et provis velitis cum diligentia favore et effectu. **In cujus** rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes **Teste** meipso apud Westmonasterium vicesimo primo die Januarij Anno Regni nostri decimo septimo &c.

Guilielmus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Angliæ Primas et Metropolitanus **Dilecto** nobis in Christo venerabili viro Domino Nathanieli Brent militi legum doctori Vicario nostro in Spiritualibus generali et Officiali principali aut eo absente vel impedito venerabilibus viris Domino Johanni Lambe militi legum doctori Almæ Curiæ Cantuariensis de Arcubus London Officiali principali Thomæ Rives legum doctori Advocato Regio Willielmo Sammes et Arthuro Ducke legum etiam doctoribus Salutem et gratiam Cum Literas patentes Serenissimi in Christo Principis et Domini nostri Domini Caroli dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regis fidei Defensoris &c sigillo suo magno Angliæ sigillat gerent dat apud Westmonasterium vicesimo primo die mensis Januarij Anno Regni sui felicissimi decimo septimo receperimus in quibus inter alia nobis preceptum est ut electionem venerabilis viri Henrici Kinge Sacræ Theologiæ Professoris ad Episcopatum Cicestrensis confirmaremus Nos tum ea qua decuit reverentia volentes mandato Regio in ea parte humiliter satisfacere **Ad** examinand ac discutiend approbandum et confirmand dictam Electionem et personam sic electam secundum Juris et Statutorum hujus Regni Angliæ exigentiam ac juxta tenorem formam et effectum mandati Regij predict nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi quatenus eandem Electionem rite et legitime factam et celebratam Eiusd. et eius Vobis con:m et div:m constiterit approband. et confirmand. defectusq(ue) (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et l(egi)time supplend. Ceteraq(ue) omnia et singula faciend. exercend. et expediend. que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna Vobis con:m et div:m committimus vices nostras ac plenam in premissis tenore presentium concedimus potestatem Juribus n(ost)ris Archiepalibus Cantuariens. Ceterisq(ue) Emolumentis Nobis ac Officiarijs et Ministris nostris in ea parte competend. semper salvis et reservatis In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Datum tertio die mensis Februarij Anno d(omi)ni (stylo Anglie) millimo Sexcentmo quadragesimo primo Et n(ost)re translacionis Anno nono.

Pateat Universis per presentes quod cum sedes Ep(isco)palis Cicestrensis per translacionem Reverendi in Christo patris ac d(omi)ni d(omi)ni Briani Duppa ultimi Episcopi ejusdem ad Episcopatum Sarisburiensis aliquandiu vacaverit Cumq(ue) Nos Richardus Steward Utriusq(ue) legum doctor decanus Eccl(es)ie Cathedralis Sancte Trinitatis Cicestren. et ejusdem Eccl(es)ie Capitulum juxta vim Literas Regias de Congedeslier ac alias Literas missivas Serenissimi et Illustrissimi in Christo Principis domini nostri Caroli dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c nobis directas In domo nostra Capitulari Capitulariter congregati et Capitulum plenum facientes ad Electionem futuri Episcopi l(egi)time processerimus ac venerabilem et egregium virum Henricum King Sacre Theologie Professorem decanum Eccl(es)ie Cathedralis Roffensis in Episcopum nostrum et dicte Ecclesie nostre Cathedralis Sancte Trinitatis Cicestrensis nominaverimus et elegerimus omnesq(ue) ritus et Ceremonias in hmodi Electionis negotio ab antiquo usitat. et de jure requisit. observaverimus Ceteraq(ue) omnia que per dictas Literas Regias de Congedeslier et missivas ac de jure requirebantur et requiruntur perimpleverimus juxta juris in ea parte exigentiam Dilectos igitur nobis in Christo venerabiles viros Gulielmum Paule et Josephum Henshaw Clericos Sacre Theologie Professores Canonicos Residentiar. Ecclesie Cathedralis predict. Necnon Georgium Cacll et Johannem Allen Notarios publicos Procuratores de Arcubus London. duos nostros veros certos l(egi)timos et indubitatos Procuratores Actores factores negotiorumq(ue) nostrorum gestores et Nuncios speciales quoad infrascripta nominamus facimus et constituimus per presentes Damusq(ue) eisdem Procuratoribus nostris con:m et div:m potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis et nominibus n(ost)ris Electionem nostram de prefato venerabili et egregio viro Henrico King sic (ut prefertur) factam eidem venerabili et egregio viro eiusq(ue) procuratori seu Procuratoribus quibuscunq(ue) ac omnibus et singulis alijs quorum in hac parte interest presentandi et intimandi Ipsumq(ue) venerabilem et egregium virum sic electum ut Electioni hmodi sic facte suos prebeat assensum et consensum ac ut eidem Electioni consentiat debite rogand. petend. et requirend. atq(ue) ipsius assensum et consensum desuper obtinend. Necnon Decanum et Capitulum antedict. de et super presentacione hmodi Electionis ac etiam de consensu seu refutacione ipsius venerabilis et egregij viri Henrici King informand. et certificand. Et generaliter omnia et singula alia faciend. exercend. et expediend. que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna licet mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum Promittimusq(ue) nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti Procuratores nostri fecerint seu eorum aliquis fecerit in premissis vel premissorum aliquo sub hypotheca et obligatione omnium bonorum nostrorum et in ea parte Cautionem exponimus per presentes In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et Testimonium Sigillum n(ost)rum Capitular. presentibus apponi fecimus Datum in domo nostra

Capitulari quinto die mensis Januarij Anno Dni juxta cursum et computacionem Ecclie
Anglicane millesimo sexcentesimo quadragesimo primo Annoq[ue] Regni Serenissimi et Illmi
Dni nri Caroli dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c
decimo septimo./

Guilielmus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie ~
Primas et Metropolitanus Universis et singulis Clericis et Laicis quibuscunq[ue] per ~
Provinciam nostram Cantuariensem ubilibet constitutis Salutem Cum vacante nuper
sede Epali Cicestren per translationem Reverendi in Christo patris Dni Briani
Duppa ultimi Episcopi ibidem ad Epatum Sarum Decanus et Capitulum Ecclie ~
Cathedralis Cicestren pro electione novi et futuri Episcopi ibidem licentia Regia
prius in ea parte petita et obtenta) celebrand certum diem prefixerint et assignaverint
cum huiusmodi Electionis negotio termino ad id statuto rite procedentes venerabilem ~
virum Henricum King Sacre Theologie Professorem in eorum et dicte Ecclie
Cathedralis Cicestren predict Episcopum et Pastorem elegerint Cumq[ue] Serenissimus
in Christo Princeps et dominus noster dominus Carolus dei gratia Anglie Scotie
Francie et Hibernie Rex fidei defensor &c ad humilem petitionem eorundem Decani
et Capituli eidem Electioni in persona prenominati venerabilis viri Dni Electi facte et
celebrate Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout per literas
suas Patentes Regias magno suo sigillo Anglie sigillatas nobis significaverit
Mandando quatenus Nos Electionem predictam et personam electam confirmare juxta
formam Statuti in ea parte edit et provis velimus cum omni celeritate ~
accomoda prout per easdem literas Patentes Regias ad quas habeatur relatio
plenius liquet et apparet Nos vero volentes ejusdem Dni nri Regis mandatis pro ~
Officij nostri debito parere ac in huiusmodi Confirmationis negotio juxta Juris et
Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere omnes et singulos Oppositores
(si qui sint) qui contra dictam electionem formam ejusdem aut personam in hac parte
electam dicere excipere vel opponere voluerint ad diem horas locum et effectum
infrascript monend et citand fore decrevimus justitia mediante Vobis igitur ~
conjunctim et divisim committimus ac firmiter injungendo mandamus quatenus ~
citetis seu citari faciatis altaq[ue] et intelligibili voce intra Ecclesiam parochialem
beate Marie Virginis de Archubus London nostri et Ecclie nre Cathedralis ~
et Metropolitice Christi Cant Jurisdis immediate necnon per affixionem ~
edictorum in aliquo loco convenien intra eand Ecclesiam parochialem vel in alijs
locis publicis ubi videbitur expediens omnes et singulos Oppositores (si qui
sint) in specie alioquin in genere qui contra dictam electionem formam ejusdem
aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint
Quod compareant et eorum quilibet compareat coram Nobis aut Vicario nostro
in Spualibus generali et Officiali principali vel Commissarijs nostris aut
eorum aliquo in hac parte competente quocunq[ue] in Ecclesia parochiali Sancti
Benedicti prope ripam Paulinam London die Sabbati quinto vizt die instantis
mensis Februarij inter horas secundam et quartam post meridiem ejusdem
diei cum intimatione et prorogatione dierum et loci extunc sequen (si ~
oporteat) in ea parte fiend contra dictam Electionem formam ejusdem aut
personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita juris
forma dictur excepetur vel oppositur Ulteriusq[ue] facturi et recepturi quod
justum fuerit in hac parte et dicti negotij qualitas et natura de se exigunt
et requirunt Intimantes preterea modo et forma precitatis omnibus et
singulis Oppositoribus (si qui sint in specie alioquin in genere quibus Nos ~
etiam harum serie sic intimamus quod sive ipsi sic citati dictis die hora et
loco coram nobis aut Vicario nostro in Spualibus generali vel Comissario

nostro predicto comparuerint et contra dictam Electionem formam ejusdem aut personam
electam aliquid dicere excipere vel opponere voluerint sive non Nos nihilominus in dicto
Confirmationis negotio juxta Juris et Statutorum hujus Regni Angliae exigentiam
procedimus et procedere intendimus seu sic procedet et procedere intendit Vicarius
noster in Spiritualibus generalis vel Commissarius predictus Ipsorum sic citatorum
et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante Et quid in
premissis feceritis Nos aut Vicarium nostrum in Spiritualibus generalem antedictum
vel Commissarium hujusmodi debite et autentice certificetis seu sic certificet ille vestrum
qui presens nostrum mandatum fuerit executus Dat tertio die mensis Februarij
Anno Domini stylo Angliae millesimo sexcentesimo quadragesimo primo.

Reverendissimo in Christo patri et Domino Domino Guilielmo providentia divina
Cantuariensis Archiepiscopo totius Angliae Primati et Metropolitano vestrove
Vicario in Spiritualibus generali et Officiali principali aut Commissario vestro
cuicunque in hac parte specialiter deputato Vester humilis et devotus Johannes Holt
generosus Apparitor vester generalis ac ad infrascripta mandatarius legitime
constitutus omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri
debitas et condignas cum honore Mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum
nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequendum Cujus vigore
pariter et auctoritate omnes et singulos Oppositores (si qui sint) tam in specie
quam in genere qui contra dictam electionem formam ejusdem aut personam
electam dicere excipere vel opponere voluerint per affixionem ejusdem mandati originalis
in valvis exterioribus Ecclesiae parochialis beatae Mariae Virginis de Arcubus London
retroscript et ibidem aliquamdiu dimissi die Jovis tertio viz. die instantis mensis
Januarij peremptorie citavi Quod compareant et eorum quilibet compareat
coram vobis die hora et loco in hujusmodi vestro Reverendissimo mandato contentis
et specificatis contra dictam Electionem formam ejusdem aut personam electam
hujusmodi (si sua putaverint interesse) in debita juris forma dicturi excepturi et
opposituri Ulteriusque facturi et recepturi quod tenor et effectus istius vestri
mandati Reverendissimi de se exigunt et requirunt Et preterea dictis die et
loco Oppositoribus antedictis sic (ut prefertur) citatis intimavi Quod sive
ipsi dictis die hora et loco comparuerint et quae imperata sunt fecerint sive non
Vos nihilominus aut Commissarius vester antedictus in hujusmodi Confirmationis
negotio juxta Juris et Statutorum hujus Regni Angliae exigentiam procedetis
seu procedet ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive
contumacia in aliquo non obstante Et sic ego Mandatarius antedictus mandatum
vestrum Reverendissimum retroscriptum hujusmodi quantum in me fuit
debite et humiliter sum executus In cujus rei Testimonium Sigillum
venerabilis viri Decani sive Commissarij Decanatuum de Shoreham et Croydon
presentibus apponi procuravi Et Nos Decanus sive Commissarius antedictus
ad specialem rogatum dicti Certificantis Sigillum nostrum hujusmodi presentibus
apponi fecimus Datum quarto die mensis Januarij Anno Domini millesimo
sexcentesimo quadragesimo primo juxta &c

In dei nomine Amen Nos Nathaniel Brent miles et legum Doctor
Vicarius in Spiritualibus generalis necnon Reverendissimi in Christo patris et
Domini Domini Guilielmi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Angliae
Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios ad infrascripta com. et div.
specialiter et legitime deputatus et constitutus in negotio Confirmationis Electionis
de persona venerabilis viri Henrici King Sacrae Theologiae Professoris et
Decani Ecclesiae Cathedralis Roffen in Episcopum et Pastorem Ecclesiae

89

Cathedralis Cicestrensis electi factæ et celebratæ rite et legitime procedendo omnes et singulos Oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam ejusdem aut personam in hac parte electam dicere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam ejusdem aut personam in hac parte electum in debita juris forma dicturos excepturos et Oppositores alias legitime et peremptorie citatos sæpius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad petitionem Procuratoris Decani et Capituli Ecclesiæ Cathedralis Cicestrensis predict' pronuntiamus contumaces et in pœnam contumaciarum suarum hujusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam ejusdem aut personam electam hujusmodi eis et eorum cuilibet precludimus in his scriptis Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore juxta Juris et Statutorum hujus Regni Angliæ exigentiam eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante

Lecta fuit hujusmodi Schedula per prefatum venerabilem virum Dominum Nathanielem Brent militem et legum Doctorem Vicarium in Spiritualibus generalem &c die hora et loco predict' mencionat' &c.

In dei nomine Amen Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et domino Domino Willielmo providentia divina Cantuariensis Archiepiscopo totius Angliæ Primate et Metropolitano ad infrascripta auctoritate Parliamenti hujus Regni Angliæ mediantibus literis Commissionalibus Patentibus Serenissimi in Christo Principis et domini nostri domini Caroli dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regis fidei defensoris &c sufficienter et legitime fulcito vestrove Vicario in Spiritualibus generali et Officiali principali legitime constitut' aut Commissariis vestris quibuscunque in hac parte specialiter deputatis eorumve alteroquorum Pars venerabilium virorum Decani et Capituli Ecclesiæ Cathedralis Cicestrensis dicit allegat et in his scriptis ad omnem juris effectum exinde sequi valen' per viam summariæ petitionis in jure proponit articulatim prout sequitur.

Inprimis vizt Quod sedes Episcopalis Cicestrensis per translationem Reverendi in Christo patris domini Briani Duppa ultimi Episcopi et Pastoris ibidem ad Episcopatum Sarum nuper vacare cepit et aliquamdiu vacavit Pastorisque solatio destituta extitit et existit in presenti Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit conjunctim divisim et de quolibet. 1

Item Quod dicta sede Episcopali Cicestrensis dudum (ut prefertur) vacante Decanus et Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Cicestrensis predict' Capitulariter congregati et Capitulum facien' (Licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) certum diem et domum suam Capitularem Ecclesiæ Cathedralis predict' pro electione novi et futuri Episcopi Cicestren' facienda et celebranda unanimiter et concorditer prefixerunt ac omnes et singulos ejusdem Ecclesiæ Cathedralis Canonicos et Prebendarios vocem aut interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes ad diem et locum predict' in hujusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra. 2

3 Item Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis viz.t quinto die mensis Januarij Anno Dni stylo Angliæ millesimo sexcentesimo quadragesimo primo jam curren. capitulariter congregati et Capitulum facien. servatis per eos de jure et Statutis hujus Regni Angliæ in ea parte servandis habitoq3 per eos tractatu diligenti de persona idonea eligend. in Episcopum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis Cicestren. predict. tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venlem et egregium virum Henricum King Sacræ Theologiæ Professorem in eorum et dictæ Ecclesiæ Cicestren. Epum et Pastorem elegerunt et Ecclesiæ memoratæ de eo providerunt Et ponit ut supra./

4 Item quod Electio hujusmodi et persona electa die predict. in Ecclesia Cathedrali pred. coram Clero et populo tunc et ibm in numero copioso congregatis debite et publicatæ et et declaratæ fuerunt Et ponit ut supra.

5. Item quod dictus dnus Electus humōi Electioni de persona sua in Episcopum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis Cicestrensis predict. (ut prefertur) factæ et celebratæ ad humilem petitionem partis eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat et consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis Et ponit ut supra.~

6. Item Quod dictus venerabilis et egregius vir Henricus King dnus Electus fuit et est vir providus et discretus sacrarum literarum eminenti scientia vita et moribus merito commendatus liber et de legitimo matrimonio procreatus atq3 in ætate legitima et ordine sacerdotali constitutus Deo devotus et Ecclesiæ memoratæ apprime necessarius Hocq3 fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.~/

7. Item Quod prefati Decanus et Capitulum humōi Electionem et personam electam Serenissimo Dno nro Carolo Regi per Literas suas Patentes Sigillo eorum communi sive capitulari roboratas pro Officij sui debito juxta formam Statuti in ea parte edit. et provis. significarunt et intimarunt Et ponit ut supra./

8. Item Quod presentato ex parte dictorum Decani et Capituli eidem Regiæ sublimitati processu Electionis hujusmodi Idem Serenissimus dnus noster Rex pro sua Clementia Regia electioni predict. de persona prenominati venerabilis viri Henrici King (ut prefertur) factæ et celebratæ consensum et assensum suos Regios gratiose adhibuit et adhibet Illamq3 ratam et gratam habuit et habet Hocq3 fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.~

9. Item Quod Serenissimus dnus noster Rex vobis prefato Reverendissimo patri de consensu et assensu suis Regijs electioni humōi ut prefertur adhibitis per Literas suas patentes vobis inscript. et direct. non solum significavit verum etiam earundem literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit quatenus vos electionem predictam et personam electam humōi confirmare et consecrare ipsumq3 insignijs Epalibus insigniri et decorari Ceteraq3 omnia et singula peragere quæ vobis in hac parte incumbunt Officio pastorali juxta formam Statuti in ea parte edit. et provis. et literarum patentium humōi debitum velitis cum effectu Hocq3 fuit et est verum publicum Notorium manifestum pariter et famosum pariter et famosum Et ponit ut supra.~

10. Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica Notoria manifesta pariter et famosa ac de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama ac de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama Unde facta fide de jure in hac parte requisita quam faciend. offert pars dictorum Decani et Capituli se promptam et paratam loco et

tempore congruis et opportunis Petitq[ue] eadem pars prefatam Electionem et personam electam confirmand consecrand et benedicend fore decerni et cum effectu confirmari et consecrari juxta juris et Statutorum hujus Regni Angliæ exigentiam necnon literarum patentium hujusmodi vobis in hac parte directarum seriem Curamq[ue] regimen et Administrationem Spiritualium Epatus Cicestrensis predict eidem domino electo committi ipsumq[ue] in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Cicestrensis Juriumq[ue] dignitatum honorum prehominentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducend et intronizand fore decerni ulteriusq[ue] fieri statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscunq[ue] quod Juris fuerit et rationis ac Statutis hujus Regni Angliæ consonum supplendo defectus quoscunq[ue] in hac parte intervenientes Que proponit et fieri petit pars ista proponens conjunctim et divisim non arctans se ad omnia et singula premissa proband nec ad onus superflue probationis de qua protestatur sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis Juris beneficio in omnibus semper salvo vrum officium dne Judex antedict humiliter implorand /

Reverendissimo in Christo patri et dno dno Guilielmo per providentia divina Cantuariensis Archiepiscopo totius Angliæ Primati et Metropolitano aut alii cuicunq[ue] potestatem sufficientem in hac parte habenti vel habituro Vestri humiles et devoti Richardus Steward Clericus legum doctor decanus Ecclesiæ Cathedralis Sanctæ Trinitatis Cicestrensis et ejusdem Ecclesiæ Capitulum omnimodam reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debit et condignas cum honore Vestræ Reverendissimæ Paternitati tenore presentium significamus et innotescimus Quod sede Epali Cicestren predict (per translationem Reverendi in Christo patris ac dni dni Briani Duppa ultimi Episcopi ibidem ad Episcopatum Sarisburiensem) jam vacante Pastorisq[ue] solatio destituta Nos decanus et Capitulum antedicti vigore et auctoritate Licentiæ Regiæ Majestatis Nobis et Ecclie Cathedrali predict de alio in Episcopum et Pastorem eligend factæ et concessæ In domo nostra Capitulari die Dati presentium Capitulariter congregati et Capitulum facien servatis primitus per Nos omnibus et singulis ad dictæ Electionis negotium de jure et hujus Regni Angliæ Statutis sive antiqua consuetudine dictæ Ecclesiæ Cathedralis Cicestren servandis habitoq[ue] inter nos et alios voces in hujusmodi Electionis negotio habentes tractatu diligenti et maturo de persona idonea in ea parte eligend tandem in venerabilem et egregium virum Henricum King Sacræ Theologiæ Professorem decanum Ecclesiæ Cathedralis Roffensis per Serenissimi dni nostri domini Caroli Regis literas specialiter nominatum et commendatum vota nra direximus ipsumq[ue] vigore dictæ Licentiæ Serenissimæ Regiæ Majestatis in nostrum et dictæ Ecclesiæ Cathedralis Cicestrensis Episcopum et Pastorem unanimiter et concorditer (nullo prorsus discrepante aut contradicente vel reclamante) elegimus prout per alias literas nostras Certificatorias dicto Serenissimo dno nro Regi in ea parte directas et transmissas plenius liquet et apparet Vestræ igitur paternitati Reverendissimæ tenore presentium humiliter supplicamus et in dno rogamus quatenus dictam nram Electionem sic per nos (ut prefertur) de persona prenominati venerabilis et egregii viri Henrici King factam et celebratam confirmare Ceteraq[ue] peragere perficere concedere et expedire quæ ad officium vrum Archiepiscopale in hac parte quomodolibet spectant dignetur eadem vestra Reverendissima paternitas cum favore ut Deo optimo maximo bonorum omnium Largitore favente et operante dictus dominus Electus et confirmatus nobis preesse valeat utiliter pariter et prodesse ac nos

Sub eo et ejus regimine bene possimus Deo in dicta Ecclesia militare Ipse Deus optimus maximus vestram Reverendissimam paternitatem diu conservet in prosperis. In cujus rei omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium Sigillum nostrum Capitulare presentibus apponi fecimus. Datum in domo nostra Capitulari Quinto die mensis Januarij Anno Domini juxta cursum et computationem millesimo sexcentesimo quadragesimo primo Annoque Regni Serenissimi Dni nri Caroli dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c decimo septimo

Venerabili et egregio viro Henrico King Sacre Theologie Professori Decano Ecclesie Cathedralis Roffensis Vestri humiles Richardus Steward Clericus legum Doctor Decanus Ecclie Cathedralis Sancte Trinitatis Cicestren' et ejusdem Ecclesie Capitulum omnimodam obedientiam et reverentiam tanto venerabili et egregio viro debitas et condignas cum honore. Vestram reverentiam tenore presentium certificamus Quod die Mercurij viz[t] vicesimo nono die mensis Decembris ultimo elapsis literas Regias de congedeslier magno Sigillo Anglie ac etiam literas Commendatitias privato sigillo Illustrissime Regie Majestatis sigillatas et consignatas ac nobis Decano et Capitulo Ecclie Cathedralis Sancte Trinitatis Cicestrensis predictas In domo nostra Capitulari cum ea qua decet fideles subditos reverentia et obedientia recepimus. Ac tunc et ibidem juxta dictarum literarum tenorem ad Electionem futuri Episcopi et Pastoris in dicta Ecclesia Cathedrali Cicestrensi que jamdudum per translationem Reverendi in Christo Patris ac Dni Dni Briani Duppa ultimi Episcopi ejusdem ad Episcopatum Sarisburiensem viduata et pastoris solatio destituta fuit procedendum fore decrevimus Omnesque ejusdem Ecclesie dignitarios Canonicos et Prebendarios ac alios in ea parte vocem et interesse habentes citandos et vocandos fore ad diem Mercurij viz[t] quintum diem instantis mensis Januarij sua suffragia et vota sua daturos curavimus. Quo quidem quinto die instantis Januarij adveniente (invocato prius divino auxilio et precibus Deo optimo maximo suppliciter ante omnia per nos fusis) In domo nostra Capitulari predicta congregati et plenum Capitulum facientes ad Electionem predictam juxta leges Ecclesiasticas ac Statuta hujus Inclyti Regni Anglie faciend' processimus. Ac post tractatum diligentem inter nos habitum qua via de futuro Episcopo providere deberemus tandem unanimi assensu et consensu omnes et singuli (nullo prorsus discrepante subito et repente quasique spiritus sancti gratia cooperante et ut credimus inspirante) direximus oculos intentionis nostre sive vota nostra in vos venerabilem et egregium virum Henricum King Sacre Theologie Professorem Decanum Ecclie Cathedralis Roffensis predicte virum utique providum et discretum ac apud nos clerum et populum (vestris meritis exigentibus) maxime commendatum de legitimo matrimonio natum, in etate legitima et ordine sacerdotali constitutum vita moribus et literarum scientia clarum in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectum scientem et valentem Jura libertates et privilegia Ecclesie Cathedralis Cicestrensis predicte et Episcopatus ejusdem laudabiliter defendere et tueri in nostrum et dicte Ecclesie Cathedralis nostre Cicestrensis predict' Pastorem et Episcopum nominavimus et elegimus Quam electionem sic factam Clero et populo statim in loco publico et usitato publicand' fore curavimus ceteraque in ea parte de jure necessaria fecimus in presentia Tabellionis et Notarij publici ac aliorum testium fidedignorum prout ex serie et tenore Instrumenti publici quod super tota dicta Electione faciend' curavimus plenius liquet et apparet Que omnia et singula juxta Statuta hujus Inclyti Regni Anglie edita et cum promulgata habita et facta Reverentiæ vestræ tenore presentium significamus humiliter supplicantes quatenus hujusmodi Electioni sic habitæ et factæ vestrum assensum et consensum impertiri dignemini In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium Sigillum nostrum Capitulare presentibus apponi fecimus Datum in domo nostra Capitulari predicta quinto die mensis Januarij Anno Domini juxta cursum et computacionem Ecclesiæ Anglicanæ millesimo sexcentesimo quadragesimo primo Annoque Regni Serenissimi et Illustrissimi in Christo Principis et Domini nostri Caroli dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regis fidei Defensoris &c decimo septimo

